



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Militia Immaculatae Conceptionis Virginis Mariae, Contra Malitiam Originalis Infectionis Peccati**

**Alva y Astorga, Pedro de**

**Lovanij, 1663**

D.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13965**

tur, & Virgini abundantior gloria, quæ carnis, & mentis integritate insignis, spiritali, & corporali, intus, & extra Christi præsentia fruebatur, &c. Lib. impress. Parisijs, anno 1632. in folio & alibi sæpissime.

CYPRIANUS Goldecius, Ordinis Minorum Polonus, in Relatione initij Reformationis Provinciæ Sanctæ Mariæ Angelorum Minoris Poloniæ, adducit duo Sigilla prædictæ Provinciæ, & tam majus, quam minus habet insculptam imaginem Immaculatae Conceptionis Virginis Mariæ, ut videre est in prædicta Relatione manusc. in 4. folio 177. elaborata verò anno Domini 1643.

CYPRIANUS Hubertus, Ordinis Prædicatorum, & Inquisitor in Diœc. Vercelleni Italus, in brevi Tract. de Incarnatione Italicæ, fol. 11. Quod conveniens fuit, ut sicut homo fuit factus de terra virgine non maledicta, non corrupta; sic Verbum in cælo haberet Patrem absque Matre, & debuit habere in terra Matrem absque Patre. Et infra folio 21. Quod illud Ave, vult dicere: Senza doglia è senza guay. Et ad illud: Gratia plena: Quod Virgo non fuit privata sicut primi nostri Parentes gratia, &c. Hæc omnia expressa videntur. Item, infra fol. 23. Quod habuit plenitudinem gratiæ: quia ceteris per partes, MARIÆ autem tota se insudit gratiæ plenitudo, &c. Et fol. 25. ad illud: Benedicta tu: Quod Beata Virgo MARIA fuit benedicta, quia ipsa superavit auctorem omnium maledictionum: Ipsa conteret caput tuum, &c. Lib. impress. Vercelli 1589. in 4.

CYPRIANUS à Sancta MARIA, Ordinis Carmelitarum Germanus, ad diem 8. Decembris adducit in die Conceptionis Indulgentiam plenariam &c. Item, in vigilia Conceptionis Indulgent. plenar. in libro dicto: Thesaurus Carmelitarum. Impres. Colonia 1627. in 12.

CYPRIANUS à Sancta MARIA, Ordinis Minorum Hispanus, in lib. cujus titulus est: Alusiones à la divina Escritura, à costumbres, ritos, y ceremonias antiguas, à propiedades de animales, plantas, perlas, y piedras preciosas, con que se declaran los mysterios que celebra la Iglesia santa, à honor de Christo nuestro Señor, y de su immaculada Madre, à quien se dedican, y consagran, &c. à folio 1. usque 83. ad illud: Mulierem fortem, Alut. 1. agit latissime de Immaculata Virginis Mariæ Conceptione. Lib. impress. Granatæ 1654. in 4.

CYRILLUS Alexandrinus Patriarcha, Sanctus, natione Græcus, in tertio Concilio Generali Ephesi celebrato tempore Theodosij Junioris, & Cælestini Papæ contra Nestorium, ponit: Quod in tempore gratiæ maledictio culpæ non definit, sed in Christo, & in MARIA non fuit, quia omnes prævaricati sunt; nec non, quod trifidua partus dissoluta non fuit.

Item, scripsit librum per 15. capita asserens, post Filium, temerarium esse in sacra Virgine ponere aliquam maculam, vel peccatum. Ita ad litt. extat in defensorio Joann. Vitalis, libro 4. capite 7. & in Alano.

CYRILLUS Preud'homme, Ordinis Minorum Flander, in Theibus de Sacramentis in Genre habitis Tornaci mense Decembri, habet hunc titulum: Sanctissima Dei Genitricis Virginis Mariæ Immaculate conceptæ, &c. Dabis hanc amori veniam magna Parthene Mater, si hoc munusculum (exiguum licet, & tuis indignum meritis) sacræ Imma-

culatæ tuæ Conceptionis avis appendamus, &c. & sequitur orationem latam de ejus puritate: Fuerunt impressæ Tornaci, anno 1644. in charta epansâ.

## D.

DAMIANUS Giner Valentinus, Ordinis Minorum Hispanus, in lib. 1. Sent. in vita Doctorum Subt. Scoti, inquit: Scotus verò noster pro integritate, & candore Virginis, ne minimum quidem id tribuere audeat; sed potius primo illo lapsore labe originalis peccati immenem prorsus fuisse, tanquam sumpto contra alios vexillo contendit, &c. Lib. impress. Valentia 1598. in fol. cum imagine Immaculatae Conceptionis in principio.

DAMIANUS à Goet, Hispanus, in lib. de rebus Hispanicis, Lusitanicis, &c. fol. 304. sub hoc titulo: In Nomine Domini Jesu Christi, Amen. Hæc sunt, quæ de fide & religione apud nos Æthiopes habentur & observantur, &c. dicit: Ex altissimo suo domicilio descendit, & incarnatus est de Spiritu Sæc MARIA V. quæ MARIA duplici ornabatur Virginitate, una spiritali, altera verò carnali, &c. Et infra: Credo Dominam sanctam Mariam Virginem, Virginem (inquam) spiritu & carne, &c. Lib. impress. Colonia 1602. in 4.

DAMIANUS Lopez de Haro, Ordinis Beate Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Hispanus, in Sermon. de Assumptione sacratissime Virginis, seu potius Tract. cap. 3. fol. 6. Quod in Dopa nulla fuit peccatum, vel originale, vel veniale, &c. Vide alia pro hoc mysterio ibi. Impress. Colonia 1621. in 4.

DAMIANUS de Lugones, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Epistolam per modum libelli D.D. Cardinali Zapata, sub hoc titulo: Dandole cuenta de la solemnisima fiesta y octavario, que el Convento de Sevilla hizo à la Immaculada Concepcion de la Virgen nuestra Señora en 8. Diciembre, de 1615. con todo el adereço de la Iglesia, &c. Impress. Malacæ 1616. in 4.

DAMIANUS de la Puebla, Ordinis Minorum, edidit Dialogum Poëticum pro Immaculata Virginis Conceptione, impress. cum alijs Baëza 1618. in 4. & alius ejusdem Auctoris extat ibidem, fol. 78.

DAMIANUS de Vega, Eques Torquatus à Joannis in Conventu S. Mariæ del Monte, Hispanus, edidit Cantiones in laudem sanctæ, & Immaculate Conceptionis Virginis Matris Dei. Toleti 1560. in 4. & Hispali, anno 1616. etiam in 4.

Item, de Conceptione Immaculatae Virginis discussus Matriti 1614. in 4.

DAMIANUS de Vegas, Eques Hierosolymitanus Hispanus, de pura, nitida, & Immaculata Conceptione Virginis Mariæ Matris Dei conceptæ absque peccato originali, Tractatum unum poëticum. Impres. Hispali 1616. in 4. Existimo, quod iste sit diversus à præcedenti.

DANIEL Angelo, Orator Germanus, in Epinome Conciliorum, ab Incarnatione Domini, &c. usque ad annum 1619. fol. 90. de Concilio Basiliensi, atque de festo Conceptionis & Visitationis Beate Mariæ ibi ordinatis. Lib. impress. Francofurti anno 1620. in 4.

DANIEL Barbarus, electus Patriarcha Aquileiensis, in Catena aurea in quinquaginta David-

317  
 eos Psalmos Doctorum Græcorum, Psalmo 14  
 ad illa verba: Qui ingreditur sine macula, & ope-  
 ratur iustitiam, fol. 134. ex Chrystomo inquit: Et  
 quis hic est, qui immaculatam Dei viam ingredi-  
 tur? Deus meus immaculata via eius. Qui non ha-  
 bet maculam peccati: & quod peccatū sit macula,  
 dicit Scriptura de mendacio. Mala est macula in  
 homine mendacium: fornicatio item, macula est.  
 Item, de ebrio dictum est: Existimationem tuam  
 maculā asperisti. Qui ingreditur sine macula.  
 Quemadmodum, qui labem habet aut maculam  
 in facie, ad Regem, aut Principem non accedit;  
 ita sui, & mendax non potest ad Deum accedere,  
 &c. Lib. impress. Venetijs 1569. in fol. Hic lo-  
 quitur de Incarnatione Verbi in utero Virginis.

DANIEL Maillot, sive Damianus, Prior clau-  
 stralis Conventus S. Maturini Parisien. Ordinis  
 Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum  
 Gallus, edidit librum Reverendissimi Patris ac  
 D. D. Roberti Gaguini Decretorum Doctoris,  
 quondam Generalis Ministri Ordinis Sanctissimæ  
 Trinitatis Redemptionis Captivorum, de *Concep-  
 tione B. Virginis MARIE*, contra Vincentium de Cas-  
 tronovo, & alia in eodem Poëmata; & in Epistola  
 dedicatoria ad D. Ludovicum Petit, eiusdem Or-  
 dinis Generalem Ministrum, apprimè defendit Im-  
 maculatam Conceptionem Virginis MARIE, & eius à pec-  
 cato originali præservationem. Lib. impress. Parisijs  
 1617. in 8. & Valentia in Opere Marci Antonij  
 Alvis 1657. in fol. Est fragmentum.

DANIEL Meyer, seu Agricola, Ordinis Mino-  
 rum Germanus, scripsit de *Immaculata Virginis Con-  
 ceptione*, contra Wigandum, Apologiam, & est Tra-  
 ctatus de Conceptione. Super Epistolas, & Evan-  
 gelia Postillam de *Conceptione*. Item, duos Sermones  
 de *Conceptione*. Item, de hoc mysterio agit in tract.  
 de Patriarcha Adam; & in alio tract. de Patriar-  
 cha Noë. Item, in Corona duodecim Stellarum.  
 Composuit etiam de *Conceptione* diversa Carmina,  
 & Profas. Item, in decisionibus appositis ad scrip-  
 tum Joannis de Colonia, ubi de *Conceptione Im-  
 maculata Virginis MARIE*. Item, compaginavit Co-  
 ronam Doctorum ex millibus in unum, secundum  
 gradus, & dignitates, qui opinionem de *Immaculata  
 Conceptione tenuerunt*; ut videre est in lib. quæstio-  
 num Magistratum Fratris Joannis de Colonia,  
 fol. 175. Impress. Basileæ 1510. in 4.

Item, edidit specialem Tract. de eadem *Immaculata  
 Conceptione Virginis MARIE*, secundum antiquos;  
 qualis autem fuerit hic Tractatus, ignoro.  
 Item, super Magistrum Sententiarum, sub hoc ti-  
 tulo: *Pia atque sobria Danielis Agricolæ expo-  
 sitio*, ad honorem Dei Genitricis & S. Augustini  
*pro mysterio Immaculatae Conceptionis*, notam adducit  
 pulcherrimam; ut videre est in operibus Petri  
 Lombardi. Impress. 1616. in fol. & Parisijs 1413.  
 fol. 116.

Item, in Corona duodecim Coronarum Beatæ  
 Virginis MARIE, in secunda Stella primæ Coro-  
 næ, sub hoc titulo: *Quid B. Virgo ab originali culpa  
 singulariter Dei munere fuerit præservata*. Vide nostram  
 Bibliothecam Virginealem, tom. 2. fol. 222. Ex-  
 tat etiam hoc opus impress. in 4.

DANIEL ô Cleri, Ordinis Minorum Hibernus,  
 fecit hæc Carmina:

Quippe Mariana discussit virginis umbram,  
 Seu levis, admota, diffugit umbra, face.  
 Lucæ MARIA Scoti fulget, Scotusq; MARIE,

Reddere concertat lucis uterq; vices.  
 Victrix per Scotum Virgo concepta triumphat  
 Virginis & Scotus iure triumphat ope.

Sic in libro, seu tractatu de Joannis Scoti Docto-  
 ris Subtilis, Theologorumq; Principis vita, Patria,  
 &c. à P. Joanne Colgano conscripto, & impresso  
 Antuerpiæ 1656. in 8.

DANIEL Priezac, Consiliarius Regius Gallus,  
 in libro dicto Gallicè: Les privileges de la Vierge  
 Mere de Dieu, fol. 145. de *Conceptione miraculosa Ma-  
 tris Dei*, quartum privilegium. Item, à folio 181.  
 de *Conceptione Immaculata Matris Dei*, quintum pri-  
 vilegium, usque fol. 247. & amplius latè. Parisijs  
 1648. in 8.

DANIEL de Purgilijs Italus, sustinuit senten-  
 tiam de *Immaculata Virginis Conceptione*, cuius erudi-  
 tam rationem adducit Sanctus Bernardinus, tom.  
 3. ferm. 49. fol. 427. Vide rationem ipsius supra  
 in S. Bernardino.

DANIEL à Virgine MARIA, Exprovincialis in  
 Belgio Ordinis B. MARIE de Monte Carmelo, in  
 libro: Vineæ Carmeli, seu historia totius Ordinis,  
 &c. impress. Antuerpiæ 1661. in 4. cap. 24. sub  
 hoc titulo: *Opportuna digressio de cœlestis indica-  
 to die Natalitio, ac de antiqua solemnizatione festi Con-  
 ceptionis B. Genitricis Dei MARIE*, deque speciali  
 cultu ab Ordine Carmelitano eidem Augustissi-  
 mæ Matri semper exhibitio, latè agit.

DAVID Amauden, Decanus Bruxellen. in festo  
*Conceptionis Virginis MARIE*, indicem concionato-  
 rium, in lib. super Tobiam. Impress. Antuerpiæ  
 1631. in fol.

Item, in libro: *Discursus morales in decem De-  
 calogi præcepta ad usum concionatorum*, &c. in  
 indice concionatorio adducit denuò *pro festo Con-  
 ceptionis Beatæ Virginis Sermonem*. Lib. impress.  
 Lovanii, anno 1527.

DAVID Castron Scotus, Doctor Theologus, ad-  
 ditionibus illustravit, & notis auxit Opera Jacobi  
 Almayni, ac per consequens quæstionem: *Vtrum  
 Virgo MARIA Mater Christi fuerit aliquando maculata  
 peccato originali?* ad quam respondetur negativè;  
 ut videre est in lib. impress. infra in Jacobo Al-  
 mayn.

DAVID Chrytræus, Doctor Germanus, in Ca-  
 talogo Conciliorum, &c. fol. 126. ad ann. 1439.  
 agit, quomodo in Concilio Basileensi (quod se-  
 cundum ipsum fuit in ordine Conciliorum 99.)  
 confirmatum fuit festum, & mysterium *Immacula-  
 tæ Conceptionis Virginis MARIE*. &c. Lib. impress.  
 Argentoraci 1631. in 4.

DAVID Gregorius Cornerius, Ordinis S. Bene-  
 dicti, & Abbas Gotturicensis Germanus, in Com-  
 mentarijs Asceticis de vita Domini nostri Jesu  
 Christi divino-humana, eiusque Virginæ Maris  
 MARIE, tomo 1. fol. 49. inquit, quod tom. 4.  
 lib. 9. acturus sit de ortu, & Nativitate Virginæ Ma-  
 tris Christi, ac libro 12. de *vita sanctissimæ Virginis  
 MARIE usque ad Incarnationem Christi*. Lib. impress.  
 Viennæ in Austria 1642. in 8. regali. Quid autem in  
 illo dicat de ortu & Conceptione Virginis, nobis  
 incognitum est.

DAVID L'enfant, Doctor Parisiensis, Ordinis  
 Prædicatorum, in lib. Concordantiæ Augustinianæ,  
 sive Collectio omnium sententiarum, quæ sparsim  
 reperiuntur in omnibus S. Augustini operibus,  
 verb. MARIA Virgo, agit de *MARIE V. Conceptione  
 activa & passiva* sed nihil contra. Impress. Lutetiæ  
 1656.

1656. in fol. Item, Concordantiæ operum Sancti Bernardi in 4.

**D**AVID du Rieu, Ordinis Minorum Flander: Theses Philosophicas, quas Montibus habuit mense Decembri, anno 1645. sub R. P. Melithone de Fontaine, dicavit *Immaculatæ Conceptioni Virginis MARIE*, & eius immunitatis, ut videre est ad longum verb. Melithon: fueruntq; impressæ in charta expansa eodem anno.

**D**. Escabiae, Sacerdos Gallus, scripsit Gallicè librum sub hoc titulo: *Traicté de la Conception Immaculée de la Vierge*. Impress. Gracionopoli 1662. in 8.

**D**ESIDERIUS Erasmus Rotherodamus, Auctor damnatus, natione Batavus, in lib. de puritate Tabernaculi, sive Ecclesiæ Christianæ, tom. 5. fol. 253. inquit: Nemo non conceptus est in iniquitatibus (*de Virgine MARIA nihil pronuntio*) nemo non est natus filius iræ, &c. Lib. impress. Basileæ 1540. in fol. Et in Apologia ad libros Alberti Pij, inquit: Quam magnificè sententiam de sacratissima Virgine declarat Pæan meus, & obsecratio iam toties excusa! Præterea Liturgia cum Concione, quam edidi adversus obtrêctatores Virginis! *semperq; savi sententia, quæ liberat eam ab omni peccato, etiam originali, &c.* Profitetur mihi magis probari sententiam illorum, qui *MARIAM* faciunt immunem ab omni peccato, &c. Quod ad originis peccatum attinet, omnes vetusti solum Christum eximunt ab omni peccato, nec hodie desunt qui in templis suis publicè doceant illam non fuisse immunem à peccato originali. Cum ergo contrarium sentiam in libris meis, &c. Hæc Erasmus.

Item, in lib. Pæan Virgini Matri dicendus, tom. 5. pag. 1026. inquit: *Tu felix illa plantula de Iessæ radice subnata, nihil tamen inde genitalium sordium trabens, &c.* Tu sacratissimum Davidici Regis templum, tam magnificentum, ut in eo Rex olympi præsideret; tam sacrum, ut nulla unquam peccati labe potuerit prophanari, &c. Et infra: *Tu simulacrum præ se gerebat niveum vellus Gedeonis, quæ à carnis quidem contagio longè semota, & ter compluta, &c.* Tu lilij convallium mater, lilium & ipsa medio in spineto sine spinis enatum. Tu fons signatus, cuius nitidissimas lymphas nulla serpens unquam libavit affectio, &c. Lege Rutilium Benzonium, lib. 2. super Magnificat cap. 22. dub. 7. fol. 247. Gregor. de Valentia, tom. 4. disput. 2. quæst. 1. colum. 360. Joannem Andream Compest. lib. 1. cap. 12. fol. 131. Clavis Rosarij.

Item, super Lucam, cap. 1. fol. 47. inquit: Porro nomen Virginis erat *MARIA*: humiles delegerat Deus, ne quid in hoc celesti negotio sibi mundus vendicaret; moribus inculpatissimis, ac purissimis delegerat, ne quid in hoc criminis posset impingere, &c. Lib. impress. Basileæ 1540. in 8.

**D**ESIDERIUS Ricarth, Ordinis Minorum Gallus, in lucem edidit victoriam Hebræorum adversus Ægyptios, &c. elaboratam à R. P. Joanne Nodin Minorita, & ad capit. 3. Exodi, ad illa verba: Rubus ardebat, & non comburebatur, perpulchrè agit de *intemerata, Immaculatissima, ac mundissima Conceptione Virginis MARIE*. Lib. impr. Lugduni, anno 1612. in fol.

**D**. H. M. P. Clericus Regularis: sub his litteris suum expressit nomen eruditus Pater, qui edidit Elogium dicatum D. D. Infantatus Duci, Siciliæ Proregi, quod incipit: Ab universo condito, &c. ubi latissimè agit de *Immaculata Virginis Conceptione*. Impress. Panormi 1652. in charta expansa.

**D**IDACUS de Agreda & Vargas, Hispanus Quod Virgo *MARIA* Domina nostra fuit ante conceptionem in mente Divina preservata à culpa originali, esset digna Mater Dei, &c. in libro dicto Hispanicè: *Novelas morales, Novela quarta*, de Edmundo Rege Angliæ, folio 187. Impress. Valentia, anno 1620. in 8. Item, quod *MARIA* fuit concepta sine peccato originali, &c. asserit satis acutè ibidem Nov. vel. sexta, fol. 281.

**D**IDACUS de Alarcon Abbaessanus, Societatis Jesu Hispanus, 1. par. Theologiæ Scholasticæ tract. 4. de Prædestinatione, disput. 1. cap. 9. tom. 11. & 12. folio 294. Quod *B. Virgo MARIA* in præstanti Conceptionis specialibus animi dotibus fuit ornata, &c. Lib. impress. Lugduni 1633. in folio.

**D**IDACUS Alventis Episcopus, ac Præfatus, approbavit ac disposuit Breviarium suæ Ecclesiæ, in quo folio 642. est officium cum tractu *Immaculatæ Conceptionis*. Impr. Salmantica 1671. in 4.

**D**IDACUS Almazan, Episcopus Castellæ, curavit Breviarium illius Ecclesiæ, cum officio speciali *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIE*. Impress. anno 1559. in 4.

**D**IDACUS de Almeida, Ordinis S. Benedicti Hispanus, in Epitome sacra, seu panegyrica Oratione de sua Religione, fol. 3. agit de infinita festivitate *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIE*. Impress. 1651. in 4.

Item, scripsit atq; disposuit votum, seu iuramentum pro *Immaculata Conceptione Virginis MARIE*. Civitatis Ceptæ. Impress. 1653. in fol.

**D**IDACUS Alphonius Malvenda, mancipium *Immaculatæ V. MARIE* Hispanus, scripsit sub hoc titulo: Memorial al serenissimo Señor Don Juan de Austria, Gran Prior de la Orden de San Juan en los Reynos de Castilla, y Leon, en razon de la grande conveniencia del voto, por la *Immaculata Conceptione de nuestra Señora*, en la clarceda Orden de San Juan, en los exercitos Carolicos del nuestro Señor, &c. Lib. impress. Matriti 1653. in 4.

**D**IDACUS Alvarez de Medina, Ordinis Praedicatorum, & Archiepiscopus Traicensis, & Salpentinus, in lib. Commentariorum in Ilium prophetam, &c. tom. 1. lib. 1. cap. 8. fol. 208. inquit: Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium: illa mater liber est cæli & terræ, in quo thesaurum sapientiae, & scientiæ Dei Dominus conclusit, in quo fecundata à sæculis in Deo Sacramenta sunt descripta, ut ab omnibus in mysterijs sacri Ritus perlegantur: liber (inquam) sed Virginitate clausus & signatus, quem nulla unquam corruptio resoluat, &c. Aut verò, quia nunquam actuali peccato anima sanctissima inveterata est, vel maculata, sed semper novum hominem induta, veterem cum peccatis suis nunquam agnovit, &c. Et lib. 2. cap. 19. fol. 303. Quod Virgo *MARIA* fuit nubes Ierusalem, quia nullo actualis peccati pondere pergravata est, quæ ascendit de mari, quia Virgo *MARIA* te, & necesse est mari assimilatur, & eod quod omnes aquæ cælestis gratiæ, & donorum supernaturalium congregationes sunt in illa: Congregationes (inquit) aquarum mellavit maria, &c. Lib. impress. Romæ 1599. in 4. Fateor, quod hic loquatur de actuali peccato, sed si originale contraxisset, aliquo gravaret pondere.

Item, in festo Conceptionis Virginis *MARIE* Sermonem unum, in indice libri concionatorij impressi Trani 1622. in 4.

Item, in Disputationibus Theologicis in primam secundæ Divi Thomæ, quæst. 81. artic. 3. disput. 174. Utrum sit sic de fide, omnes per feminalem propagationem descendentes ex Adam contrahere de facto peccatum originale; an verò solum sit de fide, quòd illud contrahant secundum debitum? fol. 517. Postquam retulerat sententiam Cajetani arbitrantis intelligendam esse quantum ad debitum, & necessitatem incurrendi peccatum originale, non autem de facto, inquit: Tertio probatur: solum est de fide, quòd B. Virgo fuerit subiecta peccato originali secundum debitum, non autem est de fide, quòd illud de facto contraxerit; est enim probabilis sententia asserentium, quòd B. Virgo fuerit præservata à tali peccato, ut patet ex Concilio Tridentino, Decreto de peccato originali, Canone ultimo, &c. Deinde posita prima Conclusione, quòd solus Christus non habuit debitum contrahendi peccatum, ponit has Conclusiones. Secunda Conclusio: Etiam est de fide, quòd omnes descendentes ex Adam, præter Christum Dominum, contrahunt de facto peccatum originale per feminalem propagationem, nisi ab illo fuerint speciali Dei privilegio præservati. Hæc Conclusio debet ab omnibus Catholicis concedi, nec Cajetanus intendit illam negare, sed solum asserere universalem illud decretum: Omnes in Adam peccaverunt; non excludere speciale privilegium, quo potuit aliquis à Deo præservari, sicut in sententia probabilis præservata fuit B. Virgo, &c. Tertia Conclusio: Temerariam est, & erroneam asserere aliquem, præter B. Virginem, non incurrisse, ex privilegio, de facto originale peccatum, non tamen est hæreticum, &c. nec ullus habuit hoc privilegium, præter B. Virginem, & ad responsum argumentorum ad tertiam nihil concludere, quoniam B. Virgo ex privilegio excipitur à Concilio Tridentino. Ad quartam, inquit: Nam loquendo de peccato originali, non constat ex aliqua auctoritate, vel ratione probabili fuisse concessum privilegium alicui, nisi B. Virgini, quo præservaretur à peccato originali. Ad sextam ostendit, qualiter subdita fuerit Beata Virgo, secundum debitum, peccato originali, non autem de facto; quia in instanti Conceptionis præservata fuit ab illo ex speciali privilegio. Vide alia in lib. impress. Trani 1617. in folio.

**DIDACUS** de Arce, Ordinis Minorum Hispanus, & Episcopus Catanensis, in lib. Miscellanea prima, de Conceptione Virginis MARIE Orationes quatuor, seu Tractatus. Murcia 1606. in 4. à fol. 254. usque 467. ubi latissime, & doctè loquitur de hoc mysterio.

**DIDACUS** de Avendaño, Doctor Legista Hispanus, in Epigrammate fatetur Virginem fuisse absque originali peccato; ut videre est in lib. de Conceptione Alphonfi Ferriol, in principio.

**DIDACUS** de Avendaño Segoviensis, Societatis Jesu Hispanus: Epithalamium Christi, & sacrae Spontæ, seu explanatio Psalmi 44. de Immaculata Conceptione V. MARIE, habet plura sparsim in toto libro: in indice, verb. Virgo MARIA Deipara. Et in indice pro Concionatoribus, ad diem 8. Decembris, in festo Immaculatae Conceptionis Virginis Elenchum. Lib. impress. Lugduni 1653. in fol.

Item, in tomo de Trinitate, cum splendido Collatorio ad Immaculatam Virginis Conceptionem spectante, in quo etiam probat MARIAM non peccasse in Adamo, nec debito origine subiacuisse macula, &c.

Extat expositus iam ad prælum, in Collegio Martiten. Societatis Jesu.

**DIDACUS** de Ayala, Doctor Hispanus, Sermone de Sancto Joanne Baptista, circa medium, loquendo de peccato, inquit: Y el de Adan avia impedido la entrada; de manera, que se avia hecho un terrible muro de una imposibilidad, para que ninguno de los mortales entrasse en el, que aunque el actual fue uno, contraximos esse peccado originalmente, *fueva de la Virgen, &c.* Lib. impress. Hiipali 1617. in 4.

**DIDACUS** de Baëza, Societatis Jesu Hispanus, in Commentarijs moralibus Evangeliorum, de MARIÆ IESU Matris Conceptione Immaculata; caput unum, in 2r. §. divisum, in 1. tom. Lib. impress. Lugduni, anno 1624. in 4. regali, & Vallisoletij, anno 1636.

Item, de Immaculata Conceptione Sermones tres, à folio 1. usque 32. in Mariali. Impress. Vallisoleti 1642. in 4.

Item, tom. 2. Commentariorum moralium, lib. 11. cap. 1. §. 11. fol. 456. Christi Mater antequam defectum, etiam originalem incurreret, præventa fuit Dei gratia, per totum §. Lib. impress. Vallisoleti 1638. in fol.

Item, tom. 4. lib. 16. cap. 5. §. 3. Virgo MARIA, ut testis originalis iustitia, qua floruit, &c. fol. 64. per totum §. Lib. impress. ibidem 1631.

Item, de Christo figurato, tomo 1. lib. 1. cap. 1. §. 7. Immaculata B. MARIÆ Conceptio adstruit. Ibidem impress. 1632. in fol.

Item, tom. 4. lib. 8. cap. 12. §. 16. Quòd MARIA nunquam ab hoste erepta, & quòd nec periculum incurrendi peccatum evasit. Ibidem impress. 1640. in fol. Alia quamplura adducit in suis operibus, quæ brevitatis causâ relinquitur.

**DIDACUS** Bernabeu, Ordinis Minorum Hispanus, sub auspicijs R. P. F. Leonardi Padera, in Conclusionibus, inquit: MARIA Virgo, quam Dominus in initio viarum suarum possedit, & ante prævisum Ade peccatum prædestinavit, &c. Unde eius puritas nunquam fuit originali labe sedata, imò nec extitit debitorix, &c. Impress. Valentia 1654. in charta expansa.

**DIDACUS** Bernardez, Poëta Hispanus, in libro: Varias Rhytmas, fol. 29. habet Cationem, seu Glossam sequentem de Conceptione Virginis:

No cupò la culpa en vos  
Virgen sancta, bella, y clara,  
Que si culpa en vos entrara,  
En vos no cupiera Dios.

Lib. impress. 1622. in 8.

**DIDACUS** Cano Gutierrez, Doctor Hispanus, edidit librum sub hoc titulo: Relacion de las fiestas triunfales, que la insigne Ciudad de Lima hizo à la Immaculada Conception de nuestra Señora. Impress. 1615. in 4.

**DIDACUS** de Castelvì, Ordinis S. Augustini Hispanus, edidit Sermonem sub hoc titulo: De la pura, y limpia Conception de la Virgen sanctissima Señora nuestra, predicado en fu solemne fiesta, y dia entre los dos Cores de la Santa Iglesia Cathedral de Ciudad Rodrigo, &c. Impress. Salmantica 1624. in 4.

**DIDACUS** de Castillo, & Artiaga, Canonicus Abulensis Hispanus, scripsit Sermonem sub hac inscriptione: Fiesta Real, y devocion de la Catolica Magestad de Felipe IV. Rey de las Españas, Empe-

Emperador de la America, à la purissima Concepcion de MARIA Madre de Dios, Reyna soberana de los Angeles, de los hombres, y de todas las criaturas; autorizada con Breve particular de nuestro muy Santo Padre Innocencio X. en que manda, se celebre en estos Reynos de España. Impress. Matriti 1647. in 4.

Item, in lib. de Ornatu, & vestibus Aaron, sive: Commentarii literales, & morales, &c. in cap. 28. Exodi, &c. lect. 207. de immunitate Virginis MARIE à peccato originali, latè fol. 361. & alibi. Vide in indice. Lib. impress. Lugduni 1655. in fol.

DIDACUS del Castillo, Canonicus Placentinus Hispanus, in lib. de Defensione, & adventu S. Jacobi in Hispaniam, &c. adducit imaginem, & agit de Immaculata Conceptione. Lib. impress. Cæsaraugustæ 1608. in 4.

DIDACUS de S. Catharina Bascuñuelos, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Sermonem de Immaculata Virginis Conceptione, & extat in lib. festivitatum Civitatis Victoriz, ut refert Daza in libro de Cõceptione, cap. 16. folio 49. Hujus Auctoris solum vidi Sermones de S. Ignatio, Xaverio, & Ludovico Gonzaga. Impress. Lucrui 1622. in 4. Sed in illis nihil adducit pro nostra opinione.

DIDACUS de Cea, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Sermonem sub hoc titulo: De la Immaculada Concepcion de la Virgen santissima Señora nuestra, que hizo à este divino mysterio en la Iglesia de S. Antonio Abad de esta Ciudad de Sevilla, la insignie Cofadria de los Nazarenos, y Santissima Cruz, en 29. del mes de Abril de 1620. Impress. Hispali eodem anno in 4. & ad finem habet imaginem pulcherrimam Immaculatz Conceptionis, cum stemmate S. Sepulchri Hierosolymitani.

Item, in Sermone de Santissimo Sacramento, declamato in collatione S. Petri ad Vincula Hispanensi, sic incipit: Tres cosas tengo de tratar en este Sermon, que son las que se me han encomendado; primera, y principal del Santissimo Sacramento; segunda, de la Immaculada Concepcion de la Reina de los Angeles MARIA; tercera, del glorioso Apostol San Pedro, &c. Impress. Hispali 1627. in 4.

Item, in Serm. funerali de Marchione D. Andrea de Guzman, fol. 13. inquit: Y algunos entre otros han puesto por esta quenta el aver muerto en el dia de la purissima Concepcion de nuestra Señora; festividad, que, como saben todos, sirve oy de devisa, y armas en la Religion de S. Francisco, &c. Impress. Hispali 1632. in 4.

DIDACUS de Celada, Societatis Jesu, sacre Theologiæ Professor Hispanus, in Commentarijs in Judith, in tractat. append. de Judith figurata, §. 20. sub hoc titulo extat: Figurata Judith populi sui vindex, vindicatur ab originali delicto, & illius contrahendi reatu. Et §. 21. eamdem immunitatem probat. Et §. 31. hic præfigitur titulus: Paulus ad Romanos §. versic. 15. Virginem Deiparam à primordialis delicti labe, juxta litteræ rigorem, emaculat. Et quod piè promisit, abundè præstitit. Et ibidem in sacrarum Concionum indice, Sermonem textit pro festo Immaculatz Conceptionis.

Item, in alio tomo Commentariorum in Esther, §. 342. extat sub hoc titulo: Fundamentum Immaculatz Conceptionis super ore Patrum incumbens, nemo mente, aut ore labefactare audeat. Et hoc adstruit §. 343. usq; 345. & inibi in indice Concionum, Sermonem habet pro Immaculata Conceptione Deiparæ.

Item, in alio tomo Commentariorum in Ruth, Beatam Virginem asserit à peccato originali immunem, à §. 300. usq; 302. & ibi in indice concionationis Sermonem latè contextit pro festo Immaculatz Conceptionis. Vide ibi.

Item, in alio tomo Comment. in Susannam Danielicam, §. 316. sub hoc titulo scribitur: Immaculata Virginis Deiparæ Conceptio ab originali delicti labe multimodè vindicatur, quod profequitur à §. 317. usque 321. Et ibidem in indice ad Concionem: In festo Immaculatz Conceptionis Deiparæ.

Item, in alio tomo Comment. in Tobiam, §. 471. hunc habet titulum: Virgo Deipara gratiam invenit, ubi illius amittendæ periculum esse videbatur. Ubi toto §. illius ab originali labe immunitatem adstruit.

Item, vidi eiusdem Auctoris tomum alium, scilicet, Commentarium in Debboram, jam jam typis mandandum. Et in tract. de Debbora figurata, Beatam Virginem Immaculatè conceptam, latè probat. Hujus notissimi Auctoris impressiones non describo, quia multæ, ac variæ sunt, scilicet Lugduni, Antuerpiæ, Venerijs, Matriti, &c.

Item, laborat aliud Opusculum singulare circa Auctores adductos pro contraria sententia, de Immaculata Virginis Conceptione, quod utinam lucens videat, quia nostra interest.

DIDACUS de Colmenares, Segoviensis Hispanus, in Cantione pro Sancto Ignatio de Loyola, ac Sancto Francisco Xaverio, vocat Virginem MARIAM, puram, candidam, & absq; ulla compositione, Hispanicè: mezcla. Lib. impress. 1621. in 4.

DIDACUS Complutensis, Ordinis Minorum, ac Sanctus, sanavit mulierem Mariam de Penia coram imagine sanctissima Conceptionis Virginis MARIE. Ita Franciscus de Peña, in vita S. Didaci, lib. 2. cap. 73. Mirand. de Concept. cap. 97. Eman. de los Angeles, tract. 4. disc. 5. folio 263.

DIDACUS de Contreras Hispanus, in libro: Escuela de Jesus, y de la Virgen MARIA, ex Operibus Thomæ à Kempis, vocat ipsam, puram, & gloriam plenam, &c. Lib. impress. Matriti 1640. in 16.

DIDACUS de Cordova, Ordinis S. Augustini, Poeta Hispanus, in Versibus ad Hippolytum de Olivares, insinuat Virginis Conceptionem fuisse ab originali labe. Lib. impress. Limæ 1631. in 4.

DIDACUS de Cordova, & Salinas, Ordinis Minorum Hispanus, in Chronica religiosissima Provinciae duodecim Apostolorum de Lima, libro 3. folio 158. & 159. & 169. & 177. & 486. agit de Conventibus, ac Monasterijs Conceptionis Virginis MARIE. Lib. impress. Limæ 1651. in folio.

DIDACUS de Covarruias à Leyba, Episcopus Segoviensis Hispanus, tom. 1. Relectiõnum, in caput Alma Mater, de sententia Excommunicationis, par. 2. §. 5. de Interdicto Ecclesiastico, fol. 298. n. 2. postquam retulit privilegia festi Corporis Christi, circa Interdictum, sic inquit: Secundò, hanc eamdem constitutionem extendendam fore ad festum, & octavam Conceptionis Immaculatz Virginis MARIE, ex privilegio Leonis X. asserat. Auctor Compendij privilegiorum Mendicantium, verb. Conceptio, §. 8. eaque concessio (ut ipse refert) tantum ad Hispanos attinet, cui privilegio accedunt multa, quæ de Immaculata Conceptione Virginis MARIE, doctissimi, ac sanctissimi viri scripsere, defendentes eam conceptam fuisse absq; labe originalis peccati: quæ opinio probata fuit in Concilio

Concilio Basileensi, sess. 36. & multis adductis auctoritatibus defenditur ab Ambrosio Catharino, in speciali de hac questione Opusculo. Extat & elegans Carmen, lib. 1. Parthenices Marianæ, apud Baptistam Mantuan. Eadem opinionem tenent & Scotus, & ceteri Theologi ibidem in 3. Sententiarum, distinct. 3. Abbas colum. 2. & Anton. in cap. ultim. de Ferijs; idem Ambros. Catharin. lib. 4. adversus Cajetan. & Petrus Galatinus, lib. 7. cap. 3. & sequentibus; licet Glor. in verb. Nativit. cap. de Consecr. dist. 3. & ibi Cardinalis à Turcremata, Archidiacon. in cap. Firmilimè, de Consecrat. dist. 4. Joann. Andreas in dicto cap. ultim. de Ferijs, Speculum eodem tit. de Ferijs, Cajetanus in peculiari de hac controvers. libello, idem in par. 3. quæst. 27. art. 2. contrariam sententiam tenere, ac probare conentur. Qua in re illud sit constitutissimum, maxima cum veneratione ex Ecclesiæ instituto festivitatem istam quolibet anno celebrari, & celebrandam esse, quod constat ex Constitutione Extravagant. Sixti IV. quæ incipit: Grave nimis, de Reliquijs, & veneratione Sanctorum, & c. Affert Constitutionem Sixti IV. & Concil. Tridentini Decreta, Synodusque voluit quætionem adhuc manere sub controversia, absque certa Ecclesiæ diffinitione. Lib. impress. Antuerpiæ 1615. & Venetijs 1581. Lugd. 1558. in 4.

DIDACUS de Cuellar, Poëta Hispanus, scripsit Canticum de Immaculata Conceptione Virginis MARIE, quam adducit Alph. Ferriol. fol. 62.

DIDACUS de la Cueva, Doctor Hispanus, scripsit Sermonem de purissima Conceptione Virginis MARIE. Impress. Matrivi 1654. in 4. & incipit: En las festividades.

DIDACUS Daza Colmenarenfis, Societatis Jesu Hispanus, in libro Commentariorum Epistolæ Beati Jacobi Apostoli, pro immunitate Virginis à peccato originali, habet solum hæc pauca: scilicet, quod præludio 2. num. 15. folio 25. vocet Deiparam impollutam, & puram, & cap. 1. vers. 18. num. 15. folio 312. ait: Quod Mater seu Genitrix MARIE fuit gratia, &c. Lib. impress. Compluti 1626. in folio.

DIDACUS Deza, Ordinis Prædicatorum & Archiepiscopus Hispalensis, correxir, ac disposuit Breviarium ejusdem Ecclesiæ, in quo fol. 222. est rubrica seu titulus: Festum Conceptionis Immaculatæ Virginis MARIE. Impress. anno 1521. in 4. Et nota, quod si hic doctissimus Præsul in suis scriptis contrariam secutus fuerit sententiam, super 3. Sent. dist. 3. quæst. 1. folio 12. ad 4. & ad 5. dubium (de quo alibi dicendum est) quomodo tunc scripsit ut Dominicanus intra claustra cum esset juvenis; at postea senex & Archiepiscopus factus, mutavit sententiam.

DIDACUS Ferdinandus de Alarcon, Consiliarius Regius Hispanus, in Reformatione Academiæ Complutensis, titulo 37. num. 17. folio 35. Quod Oppositores non sumant puncta pro suis Lectionibus in festivitibus, scilicet Epiphaniæ, Purificationis, Annuntiationis, Ascensionis, Corporis Christi, S. Joannis, S. Ildephonsi, S. Francisci, S. Lucæ, & Conceptionis Domine nostræ. Et titulo 36. de Festivitibus Academiæ, die 8. Decembris, numeratur Conceptio Virginis MARIE Domine nostræ, fol. 41. à tergo. Impress. Compluti 1615. in fol.

DIDACUS Fernandez, Poëta Hispanus, scripsit Glossam pro immunitate Virginis MARIE à peccato

originali. Impress. cum alijs apud Zapatam de Conceptione, folio 136.

DIDACUS Fernandez Solana, Granatensis Civis & Poëta, scripsit ligata oratione pulchram Allegoriam pro Immaculata Conceptione Virginis MARIE, & prodiit impress. cum alijs Granatæ 1651. in 4. à folio 108. Item, edidit alia Carmina festiva pro eodem mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIE, & extant ibidem à folio 11. folio 120. & alia folio 266. & folio 293.

DIDACUS Flores, Doctor Hispanus, in libro cujus titulus: Preciosa Margarita, de la vida, muerte, y gloria de la Serenissima Virgen MARIA Madre de Dios, caput 1. del origen y descendencia de MARIA; cap. 2. de Conceptione pura, & Immaculata Virginis; & cap. 3. Consideratio de mysterio Conceptionis: quæ omnia extant à folio 23. usque 59. Lib. impress. Limæ 1611. in 4.

DIDACUS Franciscus de Andosilla y Enriquez Hispanus, in libro: Epitalamio à las felices bodas de nuestros Augustos Reyes Philippo y Mariana, inquit:

Vino el prodigio hermoso al templo santo  
De la Reyna que es sola Immaculada, &c.

Impress. in 4. absque anno & loco. Item, fecit Scenam de Conceptione Immaculata Virginis, & incipit: Tente prodigio, tente que me espanta, in libro: Centella del ciclo. Impress. Matrivi 1655. in 4.

DIDACUS de Fuenfalida, Ordinis Minorum Hispanus, edidit Opusculum ligato sermone super salutationem Angelicam, cujus primæ litteræ ipsam integrè exprimunt: eamque hic collocamus, nõ propter Dedicatorem, quæ sic se habet: Eruditissimo viro, ac de Marianis laudibus bene merito R. A. P. F. Petro de ALVA & ASTORGA, Lectori Jubilato, Supremæ Inquisitionis Qualificatori, atque almæ duodecim Apostolorum Provinciæ Patri, olimque totius Seraphicæ N. Religionis in Romana Curia Procuratori Generali: sed propter dignitatem operis.

EPIGRAMMA.

Dum tua, Francisci Romanas incolit arces,  
Cui Persona, dedit, sat reverenda, fidem.  
Sors tulit, ut tibi met charus vocitaver' amicus;  
Vt cui grata dabas ora, redundet bonos.  
Solicitam nactus studiorum noscere curam,  
Quæis genis in Matrem, numerâ tanta, Dei,  
Hujus ab exemplo, conscripsi carmen opelle,  
Quam tibi tam parvam subdere tardus eram.  
Sed Patriam rediens, nova te visurus agentem,  
Excitor impavidus reddere quodvis opus.  
Militiæ florum Mariana inngis acervos,  
Atque in bias laudi Virginis, hostis obex.  
Floribus, hos, tantis, soliorum tece maniplos,  
Virisq; annexis culta vireta placent.  
En tibi compactum carmen sine lumine subdo:  
Det tua splendorem luminis, Alva, manus.  
Ad sacratissimam, veramq; Dei Matrem, totius Univerfi Reginam, Angelorum Dominam, hominumq; Advocatam MARIAM semper Virginem absque peccato originali conceptam. Pro sua Angelica Salutatione. Præfatio.  
Solve dum valuit linguam, dum curet alumnus,  
Quid nisi promer, Ave, solve dum valuit?  
Quid nisi te cupiet, voces proferre, MARIA,  
Dum velit affectus quid nisi te cupiet?  
Nil sonet aure meâ, Virgo, quod non tua pangat,

O, nisi laude tua, nil sonet aure mea!  
 Totus ut inspidus, sapiam nisi temer, inuor.  
 Vox sonus absque tuis, totus ut inspidus.  
 Tu mihi dulcis eris, Virgo re, & nomine dulcis,  
 Mater amoris, amor tu mihi dulcis eris.  
 Cuncta soli maneat, sileant diffusa per orbem:  
 Nomen in aere tuum; cuncta soli maneat.  
 Tantulus haud potui, tantum nunc promere nomen.  
 Quid si efferre magis tantulus haud potui.  
 Debet & Angelico, solum praecone refundis  
 Oreque proferri, debet & Angelico.  
 Te super, arce, Deus, Caeli, praeponitur unus.  
 Quis, nisi digna feret, te super, arce Deus?  
 Tu tamen apta parans, de te qua parua daturus,  
 Suggere, & apta feram, tu tamen apta parans.  
 Sacra Minerva, tuo, cedas quid dicat alumno:  
 Da, tibi, quidq; dicet, sacra Minerva, tuo.

Alma super cunctas terra, caeliq; propago,  
 Vera Dei Mater, stellaq; lucis, Ave.  
 Ecce per aethereas mentes, animasq; MARIA,  
 Mensurus gradior, quaeque sed impar erat.  
 Altior undelibet cunctis, tua gratia semper,  
 Regia quo plura nomina Matris habes.  
 Inde tui, primo conceptus limine, plena,  
 Agnum Eva culpa libera, gratia, imis.  
 Gaudet Adamaeo, Dominus, tam plasmatore factos  
 Ridet & Angelicis, Conditor ipse, choris.  
 At, maiore, lubens, nexu, vult, robore, tecum  
 Tendere gratitatis, Recltor, & esse, manus.  
 Induturus enim carnis tegumenta Parentum,  
 Accumulat validus numera corde tuo.  
 Primus, & intacta velut e tellure Damasci;  
 Lucret ab intacta Matre secundus Hono.  
 Et velut e terra nondum maledicta abijt ille,  
 Nec maledicta unquam Matre, fit agnus, eue.  
 An vetus Elisabeth frustra, inspirante, canebat  
 Dum Benedicta, Deo, Tu, tulit ore tibi?  
 Omnis in excelsis mulieribus nempe refusa  
 Maior ab exemplo non benedictio erit.  
 Inferat hinc mulier tibi subiectamina quaeque,  
 Nulla tibi similis, te minor omnis adest.  
 Unde prior tecum poterit, nam, currere, parque  
 Sistere, dum firmos, vix feret Eva gradus?  
 Terminet obsequij senior tibi Sara trophaeum,  
 Et, tua, proclamet, laus sine labe fuit.  
 Concita subijciat praecoma casta Rebecca,  
 Vnanimes soluant Debbara, & Anna, Rachel.  
 Mitis Abigail, Sumamitis pulchra, triumphis  
 Brachia sollicitent sabdere plena tuis.  
 Ensisera Augusta reddat, victrice Inditha  
 Nideates palmas, Numine vincta, manu.  
 Ethiberisq; decor cedat placidusque, nitensque,  
 Dum diadema, tibi, maxima quaeq; simul,  
 Ite, veni dulcis, cuncta, nam sola, celebres  
 Cunctarum formas extulit umbra tua.  
 Tuque, puerque tuus, nunquam maledicta tulistis;  
 Ast Benedictus adest, Tu Benedicta venis.  
 Tantula, scemineo, Virgo, bene, numere, sexu,  
 Ut fructus ventris, Numine, dicta, tui.  
 Immanem prolem vis, labis origine liquit,  
 Nec te permisit gratia labe regi.  
 Matestas potuit, te te, voluitq; superna  
 Vnroce primo condere gratam homine.  
 Lucentem Genijs voluit te, luce creatis  
 Instanti vira ferre priore, diem.  
 Et Ioanne, licet nullus surrexit (ut ipse  
 Recltor ait) maiore te minor ille cadens.

Inde tuo exultans adventu, voce Parentis  
 Balbutit; Domini Mater! & inde mihi?  
 Vnus ut expertem peccati proderet, agnum  
 Sicuti tollentem crimina prodit item.  
 Eximium, toto, quidquid praefulsit in Orbe,  
 Talus ab incaepro, possidet, esse tuus.  
 Balsama praestantis, Conceptio fudit odoris;  
 Excipit, at caeli, te, tua, rore, Deus.  
 Nardus, & hinc cecinit dum Rex accumberet alio  
 Ecce sinu Patris, pollet odore mea.  
 Divite nam decuit tractu sic spargat odorem,  
 Inclita, quae fructum tollet in astra, rosa.  
 Chara tuae semper proli, quae est Conditor, aditas;  
 Te & sibi semel similem legifer ipse facit.  
 Vbere te proprio Verbum candore recingis  
 Sugat ut hoc veniens ubera munda, caro.  
 Fructus ab immunda penitus ni carne sequester  
 Redditur infidus, qua Homo parte reus.  
 Undelibet relique veniant de semine Nati  
 Congenitis veniunt criminis inde notis.  
 Traxit ab aethereis tuus at solummodo fructus,  
 Ut sine peccato, Tuque etiam ipse foret.  
 Signa dabis tanti praenuntia germinis arbor  
 Vivere dum Matris non luc, ventre tenes.  
 Et bene gens potius Benedictam dixerit omnis  
 Nunc, quia post fructus tam Benedictus inq;  
 Trina parat forti Matestas promere dextra,  
 Rara sua, membris, menteq; dona, tuis.  
 Inde reus culpe conceptus quilibet extat:  
 Sola tui fructus, Tu sine labe comes.  
 Tu tu sola nites conceptu, paraque Phoenix;  
 Vnquam te neque Ada criminis umbra videri.  
 Immensus prodixit amor, qui, ex Matre, sagitta  
 Iampridem auratis te Venus alma ferit.  
 Eduxit nam ejus sapientia temet amori  
 Sacrae atq; quando quilibet aptus odi.  
 Vtq; sit omnigenus perfecti morte i edemptor  
 Subleuat & casos, te cadere haudque simit.  
 Sancta igitur semper, Virgo semperq; MARIA,  
 Agglomerat quamvis turpia Suaris bebet.  
 Naufragus & fidei temerator, manet Cerimon  
 Corpore blasphemio non timet ore tua.  
 Tum licet impietas Ebronis selvit habenas;  
 Albanensis item confisa dona negat.  
 Marcionista fremit, Manicheus despicit, atque  
 Arnaldus, Basilus, mordet is, ille rugit:  
 Respuit Helvidius, Nestorius, Albigus, Huttus,  
 Illiricus, Molus, Barlus, Vbaldus, Eon.  
 Audent in exemptam Calvinius crimina fingit.  
 Matrem, alter veniit, mordicus, esse Dei.  
 Alter & enixa praecoma Virginis auferi,  
 Tutanen, & pura es Virgo, Deiq; Parent.  
 Et cunctas perimis fallaces haereticos artes,  
 Retrabis hostiles luceque, sola, manus.  
 Dum superas ergo, sifstis dum in aior in armis  
 Et velut ducto tincta colore micas  
 Immaculata Viro, cui Sponsa, & Mater inheres,  
 Ora ad eum, nobis sordida nostra lavet.  
 Redde bonum mulier, pono, quod prima remoruit:  
 Adde charismatibus pellere quodq; malum.  
 Peccatum est nobis, verum tibi gratia semper:  
 Respice grata Deo, suscipe vota, Pia.  
 Offer ei, dulci, puras manimine mentes:  
 Namq; reserit nostras tergere Virgo, tuas  
 Officium si Matris habet succurrere stirpi;  
 Blannate si immimis purificare suos.  
 Ignavi veniunt operis attendere nati,  
 Suppressi misera pondere quique lus.



Pallor inest nobis, mortisq; parentis imago  
 Et parvato, hosti, crimine pegna sumus.  
 Corruimus cuncti, viciato spirite, ranti;  
 Continuoq; ipsis singula nostra ruunt.  
 Absona, que primum rimabar consona, cernes;  
 Turbata aspicias quaque serena prius.  
 Observat primum famulans, veneransq; supremam,  
 Respuit, inferior parsq; repellit eam.  
 Inspirit hinc ratio, pugnat iam serva voluntas,  
 Bellica, & adversus Numina signa movet.  
 Una veni, repara, proli similisq; Beata,  
 Saluta infidelas, sospita tot misera,  
 Nunc precor, o pietas, iuvne misere tuorum:  
 Vndantis retine fluxa doloris, Ave.  
 Nunc ora, nunc siste, Tonantis fulmina frange;  
 Calparum labe, Tu sine labe lava,  
 Erigere est semper casus tibi Virgo necesse;  
 Traduce nam cadimus semper in arcta aditus.  
 Ingemina vires precibus, dum germina, Mater  
 Noxia nunc etiam non geminare sinunt.  
 Hostis erat nobis, semper nunc hora nocendi;  
 O, quasi, Mater, nosque invandi aderit!  
 Regia dum sentit natura irvamina; quam vis  
 Attrita adiaccat, surgere sulca valet.  
 Morus & in nostra sac intercesseris hora,  
 Obfidium nam acer tunc inimicus obit.  
 Rapturus, timidos pratendit vertere, postque  
 Tentat ab incerta nos revocare fide.  
 Inseret si facie torvus phantasma menti:  
 Suggillans, oculis horrida spectra referit.  
 Nostra parat scripto peccata ostendere nobis;  
 Optat enim nostris posse favere suis.  
 Suffundat potius peccatis ora rubore,  
 Torqueat ut nostris nosmet, & ipse, datis.  
 Resrena insulens rugentis, Virgo, leonis,  
 Emula dum genit conteris ipsa caput.  
 Attendas precibus Natorum munda precamur,  
 Mater in auxilium curre, misera vola.  
 Effluere in nobis facias virtutis acer vos,  
 Ne male quid factum tunc ferat hostis, Amen.

Item, edidit aliqua pulcherrima Anagrammata, ex literis contentis in illis Apostoli verbis: *Omnes in Adam peccaverunt*, in laudem & gloriam *Immaculate Conceptionis*, educens ex hac petra durissima aquam, lac, oleum, mel, &c. & extant manuscr. apud ipsum.

**DIDACUS** de la Fuente Vergara, Doctor Hispanus, edidit Hieroglyphicum pro *Immaculata Conceptione Virginis Dei Matris MARIE*. Impress. cum alijs Baëzæ 1618. in 4. folio 73.

**DIDACUS** Garcia de Trasmiera, Eques S. Jacobi, ac Supremi Consilij Inquisitor Hispanus, electus Episcopus Zamorensis, scripsit vitam Venerabilis Matris Ursulæ Bonencasæ, Fundatricis Societatis Eremiti sanctissime Conceptionis Virginis *MARIE*, ubi multa de mysterio, par. 1. Impress. Monte Regali 1648.

**DIDACUS** Gomez de Sandoval, Commentarius maximus Religionis Equitum de Calatrava in utriusque Castellæ Regnis, nomine totius Religionis, die 10. Julij anno 1652. votum, seu iuramentum solemne emisit de communi omnium Equitum consensu, de tuenda immunitate ab omni originaria culpa Dei Genitricis Virginis *MARIE*. Vide Christophor. de Vega in Theologia Marian. parte 1. folio 146. & tom. 2. Armamentarii nostri Seraphici.

**DIDACUS** de Gumiel, Typographus Hispanus, typis mandavit Opusculum sub hoc titulo: *Privilegio onzeno del Serenissimo Rey de Aragon D. Juan primero deste nombre, sobre la fiesta de la Immaculada Conception de nuestra Señora*, sacado de la obra dorada de los Reales privilegios de la Ciudad, y Reyno de Valencia; & extat Latine, & Hispanicè impress. anno 1515. in 4.

**DIDACUS** de Guzman, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Hispanus, in libro, seu tract. de excellentia Sacrificij Evangelici, &c. parte 2. cap. 2. fol. 182. postquam plurà de B. Virgine, ac ejus puritate, & gratia dixerat, sic loquitur: Por lo qual con mucha razon la llamò el excelente Martir, y discipulo el Apostol San Juan, y heredero del amor de Jesu Christo, Montitruo de gracia, para con este termino encarecer la grandeza de gracias, que en esta Santa Señora se encerraron, à la qual el Rey soberano amò mas que al resto de todas las criaturas, en quien no hallaron los puros ojos de Dios mancilla alguna, à quien el Eterno Padre escogió por Hija, &c. Vaso de oro purissimo, y nuevo, sin que para otro servicio huviesse sido dedicado, &c. Lib. impress. Vallisoleti 1599. in 4.

**DIDACUS** de Guzman, Sacerdos Hispalensis Hispanus, in libro *Imaginum, & brevium Meditationum*, de vita Sanctissimæ Virginis *MARIE*, &c. de historia Conceptionis Domine nostræ Virginis *MARIE* Puncta ad meditandum. Lib. impress. Granatæ, anno 1503. in 8. cum duplicata imagine Immaculatæ Conceptionis.

**DIDACUS** de Haro Manrique, Ordinis Sanctissime Trinitatis, in exequijs D. Henrici de Guzman, folio 221. agit latè de *Immaculata Virginis Conceptione*. Serm. impress. cum alijs Hispali 1624. in 4.

**DIDACUS** Hieronymus de Aux, Poëta Hispanus, edidit Glossam pro *Immaculata Conceptione Virginis MARIE*. Impress. cum alijs apud Sanct. Zapata, libro de Concep. folio 140.

**DIDACUS** Hurtado à Mendoza, Marchio Cantenetensium, inter alia pietatis sue erga Deiparam Virginem obsequia, pretium contulit ad fundi emptionem, ut Paniliæ, quæ Conchensis Diocesis oppidum est, ad eisdem Deiparæ Virginis purissimæ Conceptionis honorem, Templum, cum Cœnobio Minoritico ædificaretur. Gonzaga in historia Seraphica, Provincia Carthaginen. & Marrac. in Principib. Marian. folio 114.

**DIDACUS** de Jesu MARIA, Hispanus, Ordinis . . . . . in libro: *Monte de Piedad, y Concordia espiritual*, à folio 27. inquit: Por la saludable Natividad, y *aventurada preservacion tuya*, &c. Extat lib. impress. Hispali 1635. in 16.

**DIDACUS** Laynez, Societatis Jesu Generalis, Hispanus: in Synodo Tridentina, ad quam à Summis Pontificibus Paulo III. Julio III. & Pio IV. tanquam Sedis Apostolicæ Legatus fuerat missus, cuius ingens doctrina, & ingenium excellens, in Deiparæ immunitate explicanda, & defendenda maximè entuit, dum per tres horas tancta vi, tanctoque successu, ut sacra Synodus (quæ ab ore dicentis admirabunda attendebat) eo decreto, quo totam Adami progeniem nativæ labis ream pronuntiat, purissimam Dei Matrem se non comprehendere, auctoritate sua, scriptoq; consignatum reliquerit, &c. Ita in libro dicto: *Imago primi sæculi*, Vela 2. quæ, fol. 349. Novaes, fol. 330. Orlan-

dinus in factis Societatis. Ribadeneira Societatis Jesu, in vita ejusdem. Et in eodem Concilio Tridentino, contra dilemma P. F. Joannis de Udine, viriliter se opposuit, & argumentatus est pro *Immaculata Virginis MARIE Conceptione*, unâ cum R. P. Hieronymo Lombardello, nostræ Seraphicæ Familiæ alumno. Dilemma & argumentum, vide verb. Hieronymus Lombardellus. De hoc refert etiam Joannes Antonius Velazquez, lib. 5. de *MARIA Immaculatè concepta*, dissert. 3. adnot. 4. fol. 417. & latissime fol. 289.

**DIDACUS** de Lequije, Ordinis Minorum Italus: Quod *Beata Virgo MARIA ab instanti suæ Conceptionis habuit cognitionem, & fidem mysterij Sanctissimæ Trinitatis & Incarnationis*, Sabbato 3. num. 4. Item, quod fuit concepta absque peccato originali, & absque fomite, & debito contrahendi illud, Sabbato 4. num. 8. par. 1. lib. Sermonum Quadrages. Impr. Venetijs 1650. in 4.

Item, in Sermonibus Adventualibus, Rosario 2. sub titulo: *MARIA conceita senza colpa originale*, à fol. 112. usque 145. agit latè. Lib. impress. Neapoli 1646. in 4.

**DIDACUS** Lopez de Andrade, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, de *purissima Virginis MARIE Conceptione* edidit Tractatus plures. Super illud: Liber generationis Jesu Christi, Librum unum. Impr. Neapoli 1633. in 4.

**DIDACUS** Lopez Bringellianus, Societatis Jesu Hispanus, in Harmonia Scripturæ Divinæ emulgans actiones laudabiles & vituperabiles virorum ac feminarum antiquo, aut novo relatas Testamentis, &c. in primo indice concionatorio, de *Conceptione Virginis MARIE* Sermones duos. Et in indice rerum, verb. *MARIA*, agit de eadem *Virginis MARIE Conceptione*. Lib. impress. Lugduni 1646. in fol.

**DIDACUS** Lopez de Messa Zafrensis, Societatis Jesu Hispanus, in libro dicto: *Mensa spirituum ciborum*, verb. *MARIA*, num. 2. ad illa verba, Genes. 2. Non pluet Dominus super terram, inquit: Ante Conceptionem Virginis MARIE omnes concipiebantur filij iræ, & inimici Dei, & quodammodo non quiescebat Deus in opere creationis naturæ humanæ; at post creationem animæ Beatissimæ, tunc cepit quiescere, &c. Et num. 4. adstruit B. *Virginem MARIAM immunitem fuisse ab omni peccato, etiam originali*. Idem dicit alibi. Lib. impress. Lugduni, anno 1614. in folio, & Coloniz, anno 1621. in 4. regali.

**DIDACUS** Ludovifius Freile de Lima, Poëta Hispanus, scripsit quasdam Oätavas de *Immaculata Virginis MARIE Conceptione*; ut videre est in libro Hieronymi de Alcala Yañez, folio 96.

**DIDACUS** Madueño, Societatis Jesu Hispanus, de *liberata, ac profus pura Conceptione B. Virginis MARIE* Tractatum unum. Ita Hippolyt. Marrac. in Biblioth. tom. 1. fol. 327. Pistoia, fol. 155.

**DIDACUS** Manuel Hispanus, in libro: *Excellencias de MARIA*, y observationes alas estrellas de su Imperial Corona, &c. Excellentia 1. est sub hoc titulo: *MARIA Santissima descendio de sangue Real, y sue concebida sin la mancha del original pecado*, à fol. 17. usque 30. Lib. impress. Matriti, anno 1633. in 16.

**DIDACUS** Matute de Peñafiel, y Contreras, Canonicus & Doctor Hispanus, in lib. de Profapia Christi, atate 1. capite 2. de Nobilitate Christi, ac

Matris eius, & quomodo non contraxerunt naturam Adami, agit latè à fol. 10. usque 15. in quibus sunt aliqua scitu digna, sicut omnia alia hujus Auditoris, de præservatione Virginis à peccato originali. Et atate 5. mundi, cap. 4. §. 4. de Genealogia, & excellentijs Virginis MARIE, tractat de *pura, ac immaculata eius Conceptione*, à fol. 312. usque 334. Lib. impress. Baëzæ 1614. in 4.

**DIDACUS** Messia, Doctor utriusque Juris, Hispanus, edidit Epigramma de *immunitate Virginis MARIE à peccato originali*. Ita Didacus Cano, Tract. de Concept. folio 71.

**DIDACUS** de Montalvo, Ordinis Sancti Hieronymi Hispanus, in libro: *Venida de la sagrada Virgen de Guadalupe à España*, &c. tom. 1. cap. 6. fol. 18. inquit: *A mi me dixo vn muy enamorado desta Reyna soberana, en ocasion, que me obligacion à creerle, aunque me dixera colateralmente imposible; que se dà por muy fervida, y aun por obligada de quien le reza diez vezes la salve, honor, y reverencia de su purissima, è Immaculada Conception, y se siente luego. Creanme serle accepta la devocion, y muy de su servicio, y agrado, por los efectos, que con ella se alcançan de pureza en lo interior, &c.* Lib. impress. Ulyssiponzæ, anno 1631. in 4.

**DIDACUS** Monteirus, Societatis Jesu Hispanus, agit de *antiquitate festi Conceptionis apud Græcos, & Ecclesiam Romanam*, in lib. de Arte orandi, tractatu 22. Conimbrizæ 1630. in 4.

**DIDACUS** Muñoz de Lopera, Collega Complutensis, ac Poëta Hispanus, scripsit *Glossam pro immunitate Virginis MARIE à peccato originali*. Impress. cum alijs Granatæ 1651. folio 256.

**DIDACUS** Murillo, Ordinis Minorum Hispanus: Quod Ecclesia de Columna Cæsaraugustana fuit consecrata, sub titulo *purissimæ Conceptionis Virginis MARIE*, caput unum, in ordine 14. folio 112. in libro inscripto: *Fundatio miraculosa Capelle Angelicæ Matris Dei de Columna Cæsaraugustana*. Impress. Barchinone 1616. in folio.

Item, in libro: *Vita, & excellentiæ Matris Dei, in festivitate purissimæ Conceptionis* Discursus novus, seu potius Tract. absolutissimus. Cæsaraugustæ 1610. in 4. à folio primo, usque 108. & incipit: *Ninguna cosa, &c.* Ibidem, de festivitate *purissimæ Conceptionis* Sermonem, à folio 108. usque 146. incipit: *Que nobleza, &c.*

Item, in Discursibus prædicabilibus circa Evangelia Adventualia, in festivitate *purissimæ Conceptionis Matris Dei* Sermonem, & incipit: *Celebra festiva*, &c. à folio 322. usque 391. Lib. impress. Cæsaraugustæ 1610. in 4.

Item, in libro dicto: *Divina, dulce, y provechosa Poëta*, folio 258. vocat *Virginem MARIAM* *rosam absque spina, & speculum sine macula, &c.* Lib. impress. Cæsaraugustæ 1616. in 8.

**DIDACUS** de Ojea, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in lib. *Breve instruccion de la devocion, Cofradia, Indulgencias, y milagros del Rosario de nuestra Señora, &c.* folio 28. de *Indulgencia concessa in die Conceptionis Virginis MARIE*. Lib. impress. Matriti 1589. in 8. cum imagine *Immaculatæ Conceptionis*.

**DIDACUS** Oquere, Societatis Jesu Hispanus, in Collegio Complutensi sacrarum Litterarum Interpres, absolvit *luculentum Commentarium in Cantica Canticorum*, ubi in singulis octo capi-

rum vericulis illi transluet *Immaculata Virginis MARIE Conceptio*, &c. Opus nondum vidit lucem, quamvis prælo sit dignissimum. Item, singulis annis, Prædix munere fungens, defendit Biblicas Theses, in quibus propugnat *B. Virginis immunitatem à peccato originali*, & immediato illius contrahendi debito. Extant impressæ Compluti, ab anno 1650. usque 1660. Item, ex Superiorum facultate emisit votum de *predicanda Deiparæ à peccato originali immunitate*, in omnibus Concionibus, cujuscumque fuerint festivitatis, vel temporis; & quod piè promissit, inviolabiliter magno devotionis affectu, iteratis vicibus præstat.

**DIDACUS** Ortiz, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in Sermonibus de Festivitate S. Stephani, fol. 5. ait: *Assi queriendo legar à formar la Virgen, considerando, quæ avian de concurrir en ella cosas opuestas, y contrarias, nunca hasta aquel tiempo vistas en ninguna pura criatura, porque avia de ser hija de Adam, y no heredera de sus traiciones, y alevosias*, &c. Sermo impress. Hispali 1609. in 4. Vide, quâ phrasi ostendat Virginem in sua formatione non contraxisse peccatum Adami.

**DIDACUS** Pachecus, Marchio Villenensis, in oppido de Hayllon, cujus erat Dominus temporalis, *Monasterium purissimæ Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIE* sacrum, pro Franciscanis Monialibus ædificari, dotarique curavit, ut suum erga mysterium affectum ostenderet; quod cum morte præventus ad optatum finem adducere non posset; ejus filius, atque successor, dictum Monasterium omnibus suis numeris absolvit. Gonzaga, in historia Seraphica Provinciæ Conceptionis, Marac. in Princip. Marian. folio 114.

**DIDACUS** de Payva de Andrada Hispanus, in lib. *Defensiones Tridentinæ fidei Catholicæ contra Martinum Kemnitium*, folio 486. par. 3. sect. 5. de *Virginis Deiparæ Conceptione*, & Canone ult. de *præservazione Virginis MARIE à peccato originali* agit latissimè, & eruditè, usque ad fol. 500. Lib. impress. Ingolstadtij 1508. Sed adverte, quòd hic Auctor scripsit alium librum contra Kemnitium, impress. Venetijs 1564. divisum in decem libros, in quo nihil invenies.

**DIDACUS** Perez, Doctor Hispanus, in libro: *Camino, y puerta para la oracion*, &c. discurf. 2. c. 3. sub hoc titulo: *De S. Joachin, y Santa Anna, y de la limpia Concepcion de nuestra Señora*, &c. à fol. 229. Impress. Barchinone 1588. & 1584. in 8.

**DIDACUS** Perez de Valdivia Hispanus, edidit lib. sub hoc titulo: *Tratado de la singular y purissima Concepcion de la Madre de Dios*, con una exposicion sobre los Cantares. Lib. impress. Barchinone, anno 1600. in 8.

**DIDACUS** de Quinones, Ordinis B. MARIE de Mercede Redemptionis Captivorum, in Sermonibus funerals D. Hieronymi Manrique de Lara, à principio sermonis ferè usque ad finem, agit de *victoria obtenta à Christo Domino, de peccato, demone, ac ceteris inimicis per Virginem Dei Matrem MARIAM*. Vide ibi. Serm. impress. Vallisoleti 1645. in 4.

**DIDACUS** Quizalda, Baccalaureus, & Poëta Hispanus, de *Immaculata Virginis Conceptione* Canticum unum, in lib. impress. Hispali 1616. fol. 60.

**DIDACUS** de Rivera, Poëta Hispanus, scripsit Canticum de *Virgine MARIA absq. originali peccato concepta*. Et extat apud Didacum Cano, de *Conceptione*, folio 91.

**DIDACUS** Robertus, Doctor Theologus, & Provincialis Provinciæ S. Bonaventuræ Ordinis Minorum Gallus, in explicatione Psalmi: *Domine quis habitabit*: Expliquez en dixsept Sermons, &c. fol. 454. Quòd Beata Virgo fuit impeccabilis non naturâ, sed gratiâ & privilegio particulari, & *fuit præservata ab omni peccato originali, mortali, & veniali*, &c. Item, à folio 534. Serm. pro die *Conceptionis Virginis*, sub themate: *Liber generationis*, &c. ubi de eiusdem Immaculata Conceptione, & præservazione, usque ad folium 590. Item, folio 719. Quòd sacra V. MARIA habuit maximam obligationem Filio, eò quòd fuerit *præservata ab originali peccato*, &c. tom. 1. Impress. Lugduni 1622. in 8.

**DIDACUS** de Rosis, Societatis Jesu Italus, in *Ethica Christiana divinæ Scripturæ*, Sanctorum Patrum, aliorumque Doctorum virorum sententijs contexta, lib. 13. cap. 2. num. 9. folio 359. inquit: *Tanta est hæc Maternitatis dignitas, ut per illam quæcumque magna, & excelsa sacratissimæ Virginis jure optimo adscribi possint, quæcumque in creaturam, sine injuria fidei, & Creatoris cadere possunt*. Hunc etiam metiendi, atque metandi MARIE laudes, Canonem tradunt ubique Patres & Scholastici; qui nisi certus, rectusque sit, quæcumque de *Virginis Conceptione Immaculata*, & de alijs ejusdem prærogativis tradere solemus, facillè vertuntur, &c. Lib. impress. Romæ 1646. in 4.

**DIDACUS** de Roxas, & Caravajal, Poëta Hispanus, scripsit pro gloria Scoti, & *purissimæ Conceptionis Virginis MARIE* Carmina. Impress. cum alijs Granatæ, folio 227.

**DIDACUS** Ruiz de Montoya Hispalensis, Societatis Jesu Hispanus, in Commentarijs, ac disputationibus ad quæstiones 23. & 24. ex prima parte D. Thomæ, disp. 13. de *Prædestinatione cum peccato originali*, sectio. 5. Utrum ante prævisum originale peccatum Deus prædestinaverit, & reproboverit singulos homines in particulari? num. 5. folio 137. Quòd *Beatissima Virgo prædestinata fuit ante prævisum originale*, quod non potuit prævideri ubi non erat futurum. Ibidem, num. 24. & 25. & 26. agit de eadem *prædestinatione Virginis ante prævisionem originalis*. Lib. impress. Lugduni 1628. in fol.

Item, in Commentarijs, ac disputationibus de Scientia, de ideis, de veritate, ac de vita Dei, disput. 47. sect. 4. de viatoribus in gratia cõfirmatis, num. 6. & 7. folio 410. Quòd in prima, & secunda *sanctificatione Virginis MARIE* ei potentia peccandi fuerit *ablatâ*, &c. Lib. impress. Lutetiæ 1629. in folio.

Item, ad quæst. 12. & 13. S. Thomæ, de Providentia, & prædestinatione, tract. 4. disput. 43. sect. 5. num. 2. fol. 490. Quòd *Beatam V. MARIAM nova gratia operante*, atque *præveniente* verisimilius est indiguille nunquam: quoniam prima gratiæ operantis, & prævenientis, quam habuit à primo instanti sua *Conceptionis*, vel certe alterius, quam habuerit à primo instanti usus rationis, virtus, & motio sine ulla unquam intermissione viguit, indies accipiens incrementa maiora, &c. Lib. impress. Lugduni, an. 1651. in fol.

**DIDACUS** Sanchez de Camera, Ordinis Carmelitarum Hispanus, in libro *Conceptuum spiritalium*, super Miserere R. Cæsaris Calderarij de Vincenza, lect. 12. fol. 105. inquit: *Assi todas las animas caen en este despenadero del peccado original, quando se haze la segunda Concepcion; mas puede bien ser, que Dios aya librado una* (digo

(digo aquella de su felizissima Madre de la Virgen MARIA) la qual, si bien por la primera Concepcion, conviene a saber materialmente, pudo caer en el peccado original, *mas no de ninguna manera a la segunda*; y esta es mi opinion, &c. Lib. impress. Compluti 1594. & Matriti 1589. in 4.

DIDACUS Sanchez Pinedo, Poeta Hispanus, scripsit Glossam Hispanicè pro Immaculata Conceptione Virginis MARIE. Et est apud Ferriol. libro de Conceptione, fol. 46.

DIDACUS Sanchez Portocarrero, Hispanus, scripsit lib. sub hoc titulo: Juramento, y voto solemne, que hizo el noble, y muy leal Señorío de Molina en 18. de Junio de 1644. *en tener, enseñar, defender, y celebrar la Concepcion sin culpa de la Virgen MARIA* Madre de Dios en la Iglesia, y España de donde se deduce la particular señal del Noble, y muy leal Señorío de Molina. Lib. impress. Matriti 1648. in 4.

Item, in lib. Nuevo Catalogo de los Obispos de la Santa Iglesia de Sigüenza, &c. in D. Fadrique de Portugal, fol. 58. inquit: En su tiempo, año de 1518. concedió el Papa Leon X. al Cabildo Eclesiastico de Molina el raro privilegio de que pueda celebrar en el dia de la Concepcion de nuestra Señora Misa conventual a media noche, despues de los Maytines, moviendo a esto el antiguo Patronato, y devocion desta Villa, y su Cabildo. Et in D. Ferdinando Niño de Guevara, fol. 72. inquit: La Orden de Monjas de la Concepcion Immaculada de nuestra Señora juró en su tiempo con efecto en este Obispado, donde era de antiguos tiempos grande la devocion a este Mysterio. Et infra, in D. Petro Pacheco, folio 74. inquit: Asistió al Concilio de Trento, donde fue gran parte, para que se ordenasse aquel Decreto, sobre el punto de la Immaculada Concepcion de nuestra Señora, mas favorable a la opinion de la inmunidad, que a la contraria. Era el Cardenal muy devoto a este mysterio, y tanto, que dizen, que teniendo noticia deste Decreto otro Prelado mas afecto a la opinion contraria, dixo, aludiendo a su devocion: in hoc Concilium Pachequizavit. Asisto refiere el M. Gil Gonzalez Davila, en el Teatro de Sigüenza. Item, in D. Ferdinando de Andrade, folio 91. inquit: Suplicó a la Sede Apostolica, para que se guardasse en este Obispado la fiesta de la Immaculada Concepcion de nuestra Señora, cuya observancia de precepto estava reformada en otras, por el nuevo Breve de Urbano VIII. &c. mandò por los edictos guardar esta fiesta, en el interin, que conseguia su suplica, y mostrando mas su loable afecto a este mysterio, exortó a su Iglesia Catedral, y alas demas Iglesias, y pueblos de la Diócesi, al voto, y juramento solemne de defenderle, y celebrarle, en el sentido que la Iglesia Católica le celebra; acto que celebraron con gran fervor, y solemnidad en diferentes dias del año 1644. y 1645. Lib. impr. Matriti 1646. in 4.

Item, edidit Discursum pro Immaculata Conceptione Virginis MARIE, ut ipsemet refert ad finem eiusdem libri, fol. 91.

DIDACUS Seco, Episcopus Nyssenus Hispanus, scripsit de Immaculata Virginis MARIE Conceptione Disputationes duas, quæ manusc. extabant apud D. Bernardum de Toro. Marrac. in Catalogo, ad annum 1617. & in Antist. Marian. fol. 130. Pistoia, fol. 157. num. 69.

DIDACUS de Sicilia, Ordinis Minorum Hispanus, cum esset Provincialis Minister Provincie Conceptionis, cum aliis Patribus Diffinitorem scripsit Epistolam ad Sanctitatem Pauli V. pro diffinitione mysterij Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE, quæ extat apud Dazam, tract. de Concept. cap. 25. fol. 189.

DIDACUS Stella, Ordinis Minorum Hispanus, in Commentariis in sanctum Jesu CHRISTI Evangelium secundum Lucam, cap. 1. ad illud: Ave gratia plena, fol. 30. col. 2. Ave; inquit Angelus, de omni vel tenuissimo peccato, originali etiam, pro suo communis. Ave tota pulchra, tota Immaculata, tota gratia plena, ita ut nunquam in te, vel pro temporis momento, vel ad actum oculi quidquam fuerit, quod Deo displicuerit; ut nimirum verissimum sit, quòd te totam gratia occupavit, & quòd te totam gratia possedit. Et cap. 3. ad illa verba: Factum est autem, cum baptizaretur, omnis populus, &c. folio 184. col. 2. inquit: Absit loci, de universales locutiones, non de omnibus, sed de pluribus intelligendæ sunt; ex quo patet, quoniam debile sit fundamentum eorum, qui probare volunt *B. Virginem conceptam in originali peccato*, ex illis Pauli: Omnes in Adam peccaverunt. Ex opposito contra ipsos adduci potest illud, quòd Jacobus ait: Omnes in multis defecimus, ubi Jacobus de peccatis actualibus loquitur, quia plures loquitur; peccatum tamen originale unum in quoquoque tantum est; ergo omnes (nullo excepto) intelligendum est, quòd in multis delinquimus: concedere tenentur auctoritate Jacobi commoti, quòd Beata Virgo habuerit multa peccata actualia; & si dicant, quòd Jacobi dictum interpretandum est, *excepta Deipara Virgine*, cur etiam de auctoritate Pauli sic interpretanda non erit? Igitur Jacobus, & omnes auctoritates, quas citavimus, excepta Pauli auctoritate (quæ omnes includit *dempta Virgine*) intelligendæ sunt ut plurimum; multi excipiuntur ab illa generalitate, &c. Lib. impress. Lugduni, anno 1583. in fol. & an. 1594. in fol.

Item, in Tabulis rerum, de vanitate sæculi, folio 86. de festo Conceptionis Beate MARIE Virginis indicem concionatorium. Lib. excus. per Hammarlem de Lyra 1583. in 8. parvo.

Item, in libro de Excellentijs S. Joannis Evangelistæ, cap. 10. artic. 4. fol. 451. *Quòd Virgo MARIA fuit preservata in sua Conceptione*, impress. Valentia, & aucto a R. P. Fr. Christophoro Morano 1595. in 8.

DIDACUS Suarez de S. MARIA, Ordinis Minorum, scripsit Sermones de Conceptione Beate Virginis MARIE. Impress. Lugduni 1605. ut referunt Pellerinus, & Leon, classe 7. Quis autem fuerit Auctor iste, sub hoc nomine invenire non potui.

DIDACUS de la Vega, Ordinis Minorum Hispanus, in libro de Paradiso, & gloria Sanctorum, in festivitate Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE Dominæ nostræ Sermonem, incipit: *Aspira fragrantia*. Et ibidem, discurs. 2. de Excellentijs Virginis Dominæ nostræ, in festivitate suæ purissimæ Conceptionis, incipit: *Pensamiento fue*. Quæ omnia extant a folio 34. usque 96. Lib. impress. Toleti 1602. & Barchinone 1603. & Venetijs 1611. in 8. Coloniae.

Item, in libro Prærogativarum, & excellentiarum Dominæ nostræ Virginis MARIE, &c. in folio

uitate Conceptionis Domine nostrae Sermonem, & incipit: Floreca tanta, Fè, &c. Et ibidem, de feſtiritate puriſſimae Conceptionis Domine nostrae Sermonem alterum, incipit: Una de las cosas, &c. à folio 1. uſq; 57. Lib. impreſſ. Compluti 1616. in 4.

Item, in Concionibus vespertinis Quadrageſimalibus, pro Conceptione Virginis MARIE indicem conacionatorum. Vide ibi. Lib. impr. Metinæ à Campo 1603. in 4.

Item, in Apologia ſacra, contra ſeptem criminalia vitia, cap. 11. §. 4. part. 2. fol. 43. vocat Virginem MARIAM, ſpeculum ſine macula; & prædictum librum Apologiae concludit ſic: Ad gloriam omnipotentis Dei, intemeratae MARIÆ Matris ejus, ſine peccato originali conceptæ. Impreſſ. 1622. in 4. Hic Auctor in omnibus ferè libris ſuis, pro viribus magis piam tuetur ſententiam, ut legenti patebit.

DIDACUS Velazquez, Ordinis Carmelitarum Hiſpanus, de Conceptione Immaculata Virginis MARIE, in libro prænominato: Regina coeli, agit à folio 25. uſque 61. Impreſſ. 1583. Dicitur etiam, quòd fuerit impreſſ. Metinæ à Campo 1580. ſed hanc impreſſionem non vidi.

DIDACUS de Victoria, Ordinis Prædicatorum Hiſpanus, fundavit Confraternitatem Sanctiſſimi Nominis Dei, in qua Congregatione, ſeu Confraternitate, ex inſtituto recitatur officium Conceptionis Virginis MARIE, quod nunc in tota Romana Eccleſia recitatur; ut videre eſt in libro, cui titulus eſt: Oficio della Congregatione del Santiffimo Nome de Iddio, è Monte de Poveſi, ſotto la protezione de i Patri Prædicatori della Chieſa de San Severo maggiore de Neapoli. Lib. impr. abſque loco, & anno impreſſionis, quia in noſtro originali deerat primum folium, in 12. & officium extat in eodem, à fol. 45. uſque 134.

DIDACUS de Xarava de Caſtillo, Eques Sancti Jacobi Hiſpanus, ſcripſit librum ſub hoc titulo: Triunphos gozoſos de MARIA ſanctiſſima concebida limpia, pura, ſanta, y ſin mancha de peccado original; y intelligencia de eſte aſſumpto, &c. per plures diſcurſ. agit latè. Lib. impreſſ. Matriti, an. 1660. in 4. Ubi quamplures extant approbationes, quarum quælibet pro uno poterat deſervire Milite, quia ſunt ex aliquibus doctiſſimis huius temporis, litteratiſſimique viris.

DIDACUS Ximenez, Ordinis Prædicatorum Hiſpanus, in Enchiridione, ſeu Manuali doctrinæ Chriſtiane, Tractatu ſuper Miſerere, ad illa verba: Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, à fol. 64. inquit: Porque yo ſoy en pecados concebido, y el metal que entro en mi triſte compoſicion, plomo, y eſtaño, pecados, y penas fueron, y al fin ſaque las letras del molde, como la campana, y los dobles de la preña en que fui empreñado. Solo ſue uno concebido ſin peccado, y una que le concibid, naciada, y quiza concebida ſin eſy bien conozco, y ſe yo que no ninguno dellos, &c. Lib. impreſſ. Salmantice 1567. in 8.

DIDACUS de Yanguas, Ordinis Prædicatorum Hiſpanus, in libro de Cardinalibus, & præcipuis Jeſu Chriſti, & Sanctorum operibus, &c. libro 3. concione 2. de Nativitate Beatae MARIE Virginis, folio 110. inquit: Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum. Rubiginem que vitium peccati maculam vocat Bernardus, ſermone 4. de Epiphania. Hanc autem abſtulit Spi-

ritus Sanctus à Beatiffima Virgine; aut per ſanctificationem copioſiſſimam ſtatim poſt Conceptionem, & animationem (ut Divus Thomas, cum antiquis Patribus veriſſimè, ac conſantiſſimè, & ipſe Beatiffimæ Virgini devotiſſimus docuit) aut fortalte abſtuliffe dicitur, quia præſervavit eam ab illa ex ſpeciali privilegio, ne incurreret maculam originalem, quam ex vi ſua Conceptionis contraxiſſet neceſſario, niſi gratiâ divinâ præventa fuiſſet, ſicut multi viri pij his temporibus opinantur, & docent, &c. Lib. impreſſ. Matriti 1602. in 4.

DIDACUS de Zayas Sotomayor, Ordinis Minorum Hiſpanus, edidit Concionem ad honorem puriſſimæ Conceptionis Virginis MARIE Domine noſtræ, &c. à folio 317. Impreſſ. cum alijs Granatæ, ann. 1651. in 4.

DIDACUS de Ziñeros, Docteur Medicinæ Hiſpanus, in Carmine ad Hippolytum de Olivares: Quòd Virgo fuit immunis à peccati diluvio. Lib. impreſſ. Limæ 1631. in 4.

DIMAS Serpi Calaritanus, Ordinis Minorum Hiſpanus, in Tractatu, ſeu libro dicto: Tratado contra Lutero, y otros Heceres, ſegun el Decreto del Santo Concilio Tridentino, con ſingular doctrina de Sanctos Doctores Griegos, Latinos, y Hebreos, &c. de animabus Purgatorijs, cap. 3. fol. 14. Quòd Beata Virgo MARIA fuit præſervata à culpa originali. Ubi etiam cap. 38. fol. 114. agit latè de hac Virginis præſervatione. Lib. impreſſ. Ulyſſiponæ 1617. in 4. & alibi.

DIMAS Terræ, Ordinis Minorum Hiſpanus, in libro dicto: Supplementum privilegiorum Ordinis Minorum, recollegit gratias, indulgentias, ac privilegia pro Religione Monialium, ac die Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE; ut videre eſt fol. 93. conced. 290. & fol. 105. & alibi paſſim. Lib. impreſſ. Barchinone antiquis characteribus, an. 1523. in 4.

DIONYSIUS Alexandrinus, Episcopus ac Sanctus, in Epistola ad verſus Paulum Samatenſem Episcopum Antiochiæ, quaest. 5. in reſponſione, inquit: Neque manu hominis Sacerdos noſter electus eſt, neque tabernaculum ejus ab hominibus fabricatum; ſed Spiritu Sancto firmatum eſt, & virtute Altiffimi protegitur illud ſemper laudatiſſimum Dei tabernaculum MARIA Deipara virgo, &c. Extat tom. 3. Biblioth. V. V. PP. impreſſ. Colonien. fol. 73. Et nota illud, ſemper: nam, ſi MARIA fuit ſemper tabernaculum Dei laudatiſſimum; ergo nunquam diaboli, vel peccati; ſiquidem ſemper firma, & firmata ab Spiritu Sancto in gratia. Et in Præſatione Epistolæ, ſic inquit: Vna autem, & ſola Virgo filia vitæ genuit Verbum vivens & per ſe ſubiſtens, increatum & Creatorem, qui venit in mundum, & mundus eum non cognovit; Deum, & Deum ſupra cœleſtem cœli fabricatorem, conditorem mundi, ſanctificantem & ſanctificatum, &c. Nota: nam quando Dionyſius vocat Chriſtum genitum Verbum vivens, vocat etiam MARIAM filiam vitæ; ergo ut filia, & ut genita ipſa debet vocari ſemper filia vitæ, non verò mortis, quales ſumus nos. Item, nota: quòd Chriſtus dicitur ſanctificatus à ſanctis Patribus, & tamen non contraxit peccatum originale; quomodo ergo Adverſarii ubicumque audiunt, vel legunt Virginem fuiſſe ſanctificatam, abſque alio fundamento, niſi ex voce ſanctificationis, deducunt: ergo fuit concepta in peccato originali? Item, in ſolut. 46. inquit: Deus venit

nit novissimis diebus, non in figura ignis, sed conceptus ventre Virginis **MARIÆ**, superveniente Spiritu Sancto in eam, & Matrem incorruptam à peccatis usq; ad caput benedictam servavit, &c. Vide Mart. Philip. fol. 1205.

**DIONYSIUS** Bonaqua, Ordinis Minorum Ragusinus, edidit Libellum sub hoc titulo: Officios diversos, y devotos, para que los Fieles, y Catholicos rezem, y se exerciten, en la devocion del Santissimo Sacramento, de la Inmaculada Concepcion de nuestra Señora, y de San Antonio de Padua, &c. Et adducit officium Conceptionis à folio 9. usque 16. Impress. Matrini 1657. in 16. & 1658.

**DIONYSIUS** Bussotus, Italus, Ordinis Servorum & Episcopus Burgi Sancti Sepulchri, inter festivitates devotione, vel consuetudine, vel pia veneratione agendas, enumerat *Conceptionem Beatæ MARIÆ Virginis*; ut videre est in Diœcesana Synodo ab ipso celebrata in Burgo S. Sepulchri, fol. 35.

**DIONYSIUS** Cisterciensis, in quatuor Sententiarum libros, à Fratre Joanne Macerien ejusdem gradus, & professionis, ex Monasterio Charitatis correctos, & emendatos, in 2. lib. Sent. dist. 30. art. 2. Qualiter peccatum originale contrahatur in parvulis? folio 83. à tergo, respondens ad difficultatem, quare Christus non contraxit peccatum originale? dicit: Primò, quia Christus non fuit ex Adam ad originalem justitiam hæreditarie obligatus, quod tamen ponitur de ratione esse originalis peccati de communi lege; unde, quia Christus non fuit de posteritate Adæ, ideo non accepit justitiam originalem in primo parente, ad quam dono hæreditario teneretur. Secundò, etiam quia caro Christi fuit ab omni indispositione & inclinatione mentis ad ministrare corpus secundum desideria carnis, mundata, in seorsum in matre Anna fuit corpus eius à fomite, & concupiscentia purgatum, &c. Et infra affirmat, quòd culpa originalis est gravior culpa veniali, & fugibilior est indignitas culpæ originalis, quàm peccati venialis: quia propter originale aliquis indignus est gloria, & nullus propter veniale præcisè & quia per originale aliquis est iniustus, non autem propter veniale, &c. Lib. impress. Parisijs in fol. & extat in Bibliotheca Aracœlitana, clas. 5. num. 10. Si in utero Annæ fuit corpus Christi purgatum à fomite, & concupiscentia; igitur corpus **MARIÆ** in Annæ utero fuit genitum absque peccato originali: quia si in Anna purgatus fuit fomes peccati, ac concupiscentia nulla remansit, nec infecta radix; à qua pullularet culpa in Virginis carne, vel anima; quia in sententia Adversariorum totalis causa contractionis peccati in filijs, oritur à fomite, & concupiscentia parentum.

**DIONYSIUS** Faber Cœlestinus, Vicarius Generalis sui Ordinis Gallus, scripsit Opus devotum ac metricum de Immaculata Conceptione Virginis **MARIÆ** Deiparæ, sub hoc titulo: *Carmen Hexametrum de Puritate Conceptionis MARIÆ, versibus intercalaribus eandem puritatem asserentibus distinctum*. Opus verò incipit sic:

Nullus originea **MARIAM** rubigine lesam

Astruat, sultricem ne pignoris excitet iram, &c.

Item, scripsit Tractatum de purissimo Deiparæ Virginis Conceptu, & incipit: Vas admirabile, opus excellenti, arca fœderis, &c.

Item, scripsit Carmen Heroicum in laudem purissimi Christiferæ **MARIÆ** Conceptus, cuius initiales litteræ, illud de Canticis efficiunt: Tota pulchra es a-

mica mea, & macula non est in te. Et incipit: *Tempus erat, quo dira lues, revivens, venens, &c.* Item, fecit alium Tractatum, sub hoc titulo: *In laudem purissimi Christiferæ Virginis MARIÆ Conceptus*. Et incipit: Postquam virtutâ draconis invadit mulieri deceptæ consentiendo primus homo, &c. Qui quidem Tractatus eruditissimi sunt manuscriptorum apud Cœlestinos Parisiens. & apud nos sublati sub prælo.

Item, in libro dicto: Devoti Epithalamij de laude **B. MARIÆ** explanatio, devotæque super illud contemplationes, qui incipit: Quàm pulchra es, quàm decora charissima in delicijs, &c. cap. 1. de Pulchritudine **B. MARIÆ**: Pulchra in Conceptione, pulchrior in Nativitate, pulchra in virtuosa conversatione, &c. Et inferius: Ab eterno prælecta, à prophetis prænuntiata, Patriarchis promissa, signis præfigurata, oraculis denuntiata, sine peccato Concepta, sine macula progenita, &c. Manusc. in fol. apud nos, & apud Patres Cœlestinos Parisien.

**DIONYSIUS** à Genua, Ordinis Minorum Italus, fecit descriptionem Conventus sanctissimæ Conceptionis Saxelli; ut videre est in relatione Provincia reformatae S. Patris N. Francisci Januensis Manuscrip. apud nos, num. 99. & extat in fol.

**DIONYSIUS** Guillen, Societatis Jesu Hispanus, scripsit Sermonem de purissima Conceptione Virginis **MARIÆ** Matris Dei, & Dominae nostræ, &c. Impress. Hispali, ann. 1618. in 4. in festivitate celebrata Marchicæ, à Domino D. Roderico Perze de Leon, Duce de Arcos.

**DIONYSIUS** Juancovic, Ordinis Minorum in descriptione Provinciae Bosnæ Argentinæ refert, quòd Ecclesia Conventus Clagnaozin Crociz, est erecta sub titulo Conceptionis Virginis **MARIÆ** &c. Item, quòd in Monasterio Montis Sancti Salscani, est Altare sub titulo Conceptionis Virginis **MARIÆ**; ex relatione manuscriptorum apud nos est.

**DIONYSIUS** N. edidit Sermonem sub hoc titulo: *Elucidatio Lectionis loco Epistolæ in festo Conceptionis B. Virginis*, & incipit: Lectio ista ex Ecclesiastico. Item, alium de Expositione Evangelij in festo Conceptionis Beatæ Virginis, & incipit: B. Evangelista Matthæus in Evangelio hodierno. Manusc. in Biblioth. Societ. Jesu Bruxellens. in 4.

**DIONYSIUS** Paulus Lopis Valentinus, utriusque Juris Doctor Bononiensis, Hispanus, in Fasciculo de Clericorum, & Sacerdotum; excellentijs, &c. parte 1. regula 8. de Intercessione Virginis atque de Immaculata, & purissima eius Conceptione, &c. à num. 152. fol. 108. ubi admonet Clericos, ut continentia invocent, confugiant, atque recolant Immaculatam Virginis Conceptionem. Lib. impress. Valentia 1588. in 4.

**DIONYSIUS** Peronnet, Doctor Theologus & Canonicus Theologalis & Penitentiarius Ecclesie Cathedralis de Auxerre Gallus, in libro Sermonum & exhortationum Catholicos post festes de Jesu Christo, & des Sanctis, à folio 3. Sermon. pro die Conceptionis: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius Genes. 3. ubi latè agit de prælervatione **B. Virginis** à peccato originali. Lib. impr. Antuerpiæ 1604. in 12. & Parisijs 1588. in 8.

**DIONYSIUS** Petavius, Societatis Jesu Aurlanensis, in libro Theologicorum dogmatum, tomo 4. parte 2. de Incarnatione, lib. 14. cap. 2. fol. 379. usque 394. Quòd Beata Virgo **MARIA** non fuerit

adnoxia peccato originali, latè Lib. impress. Lutetia 1650. in fol. magno.

Item, in Operibus poetis, & Orationibus de Annuntiatione Virginis **MARIÆ**, multa adducit hinc inde, quæ ejus immunitatem à peccato respiciunt, à folio 1. usque 16. Lib. impress. Parisijs 1620. in 12. regali.

**DIONYSIUS** de Piaffenza, Canonicus Regularis Lateranensis Italus, in Operibus spiritualibus venerandæ, & devotissimæ virginis Baptistæ de Genova, parte 3. folio 22. de varijs Contemplationibus, contemplatione 8. *Quod Beata Virgo **MARIA**, neque per unum instans fuit in tenebris culpe,* &c. impress. Venetijs 1588. in 4.

**DIONYSIUS** Richelius, aliàs de Zeuvis, Germanus, Ordinis Carthusianorum, & communiter Carthusianus dictus (distinctus ab alio Landulpho, etiam Carthusiano, qui scripsit vitam Christi, de quo suo loco) in suis Operibus habet sequentia: Utrum gloriosissima Virgo fuerit sanctificata, antequam concepta, ita ut nunquam subjaceret culpa originali? Quæstionem; ubi latissimè nostram tuetur sententiam. Venetijs 1584. in folio. Item, in festo Conceptionis gloriose Virginis **MARIÆ** Sermones sex latissimos, ubi plura scitu digna adducuntur in Sermonario de Sanctis, & eruditè factis defendit præservationem Virginis à peccato originali. Impress. Colonia 1533. in folio.

Item: An glorificanda sit benedicta Virgo **MARIA** Deifera ex Angelica Annuntiatione, ac miraculosè concepta sit, & quid veritatis contineat liber ille apocriphus reputatus, de Ortu, & vita **MARIÆ**, intitulus? artic. unum; in Opusculo de laudibus Virginis, quod incipit: *Quæ est ista,* &c. in ordine 8. libri primi Opusculorum. Item: *Qualiter plenitudo gratiæ inerat Virgini gloriose?* articulum unum, in libro 2. in ordine 2. Et ibidem: *Qualiter intelligendum sit verbum Sancti Anselmi dicentis: Optimam, piissimamque **MARIAM** tanta puritate resplenduisse, quod major sub Deo intelligi nequiret?* artic. 1. Impress. Colonia 1532. in folio. Vide in manusc. existente Ruremundæ, apud PP. Carthusianos, lit. C. num. 9.

Item, in tomo 2. Opusculorum Minorum, de Præconio, & dignitate **MARIÆ**; de inimicitia, quæ inter mulierem, serpentemque exorta est; & quænam sit hæc femina serpentis inimica, quomodoque ab origine mundi præelecta, præsignata, præscriptaque sit *Dei Genitrix Virgo **MARIA**?* articulos tres, Colonia 1532. in fol.

Item, in parvo Opusculo de laudibus B. Virginis, sub hoc titulo: De laudibus ejusdem Beatæ **MARIÆ** Virginis, pulcher valde atque elegans Tractatus, ex dictis Bernardi, Anselmi, & aliorum Ecclesiæ Doctorum, per dictum Fratrem Dionysium subtiliter atque industriosè collectus, &c. & incipit: Mentem & oculos pariter cum manibus ad te, Regina mundi, attollimus, &c. In hoc ergo sic inquit: Sicut Aurora valde rutilans in mundum progressa es, ó **MARIA**, quando veri Solis splendorem tantæ sanctitatis jubare præcurristi, &c. Et rectè quidem Auroræ implesti officium; ipse enim Sol Justitiæ de te processurus, ortum suum matutina quadam radiatione præveniens, in te lucis suæ radios transfudit, quibus potestates tenebrarum, quas Eva induxerat in fugam convertisti, &c. Tu ergo pulchra es ut Luna, imo pulchrior quàm Luna: quia tota pulchra es, & macula non est in te, neque

viciissitudinis obumbratio, &c. Extat Tractatus iste impress. cum alio Dialogo inter B. **MARIAM**, & peccatorem, in fol. apud Monasterium S. Martini Benedictinorum Colonia, art. 1. num. 8. sub nomine Dionysii Carthusiensis de Ruremunda editus, & per Dominum Joannem de S. Geminiano eximium Theologiæ Professore suppletus. Item, quòd Beata Virgo **MARIA**, per prævenientem Filij sui gratiam creditur à peccato originali fuisse præservata, in libro super Psalmos, fol. 260. super Psalmum 116. Lib. impress. Colonia 1534. in fol.

Item, in 3. lib. Sentent. distinct. 3. de Sanctificatione Virginis **MARIÆ**: Utrum gloriosissima Virgo fuerit sanctificata, antequam concepta, ita quòd nunquam subjacerit culpe originali? & adductis sententijs pro una, & altera parte, sic quæstionem concludit: Verumtamen quidquid in hac re sit determinatione Ecclesiæ Catholicæ contentiosus, sed determinatione Ecclesiæ Catholicæ (cui obedire tenemur) est inquirendum; quæ in novissimo Concilio univèrsali finem (ut dixi) his dissentionibus imposuit, & dignissimam Dei Matrem in sua Conceptione ab omni originali labe, per prævenientem gratiam à summo capite Christo ortum habentem, præservatam, atque ideo festum de ea, sub nomine Conceptionis, & non sanctificationis esse celebrandum determinavit, sicut & hodie celebrat. Ita etiam Ordo noster Carthusiensis observare videtur. Hoc & mihi magis pium apparet, & rationale: horremus enim, mulierem quæ caput serpentis erat contritura, quandoque ab eo contritam, atque diaboli filiam fuisse Matrem Domini, fateri; insuper & Dominam Angelorum servam fuisse peccati, atque amantissimam Dei Patris Filiam, quandoque fuisse filiam iræ. Auctoritates, & rationes in contrarium adductæ, faciliter possunt solvi; nam constat purissimam Virginem à multis sacræ Scripturæ regulis, quæ universaliter ponuntur, fuisse exemptam, ut est: In dolore paries filios, & multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos. Item: Non est homo, qui non peccet, & pulvis es, & in pulvere reverteris; & similibus. Nec alicui hominum videatur, cum piissimus Filius nihil omisisse credendus est, quod ad optimæ Matris suæ honorem spectabat, sicut ipse nobis iusserat honorare parentes; contulit ergo Matri suæ, quidquid potuit, ac decuit, &c. Potuit autem eam præservare, & decuit eam præservari, & ideo eam præservavit; nec in hoc Filij derogat excellentiæ; quoniam ipse Dominus **JESUS** in peccatum originale incidere non potuit; **MARIA** autem potuisset, nisi præservata fuisset, & Matris honor refertur utique in Filium, a quo habet, quidquid habet. Lib. impress. Venetijs 1584. in fol. Item, ad illud Ecclesiast. 24. Quasi palma exaltata sum in Cades, inquit: **MARIA** nunquam per culpam est incurvata; sed in omni virtute, & sapientia ingiter stetit erecta, ac gloriosissimè de hostibus invisibilibus triumphavit. Item, lib. 1. de laudibus Virginis, art. 35. A planta pedis, usque ad verticem capitis nihil penitus fuit in Virgine, neque in corpore, neque in anima indecens, reprehensibile, indecorum, &c. Profecquitur Dionysius. Item, ad illud Cantic. Statura tua assimilata est palmæ, inquit: Nunquam per culpam est incurvata; sed in omni virtute, & sapientia ingiter stetit erecta, & gloriosissimè de hostibus triumphavit; unde victoriæ palmam debuit insigniri, &c. Item, super Cantica: Ipsa quoque optime fertur ascendisse, ut

virgula fumi; quoniam eius profectui non fuit admixta alia *curvitas culpa*, &c.

Item, in Summa Fidei orthodoxa, ubi de Incarnatione agitur Christi, vita, passione, morte, Resurrectione, de Matris eius **MARIE** sanctificatione, desponsatione, Annuntiatione, &c. lib. 4. artic. 36. De sanctificatione Matris Christi, & an habuerit gratia plenitudinem, & an caruerit omni peccato? folio 152. inquit: De sanctificatione autem Virginis gloriosae, jam determinavit Ecclesia ac credit, quod ab originali peccato preservata fuit; deicit enim Beatissimam illam omni carere macula culpa, &c. Impress. Coloniae 1536. in 4. & Antuerpiae 1569. fol. 221.

Item, in Dialogis de Fide Catholica, lib. 4. art. 14. Cur Christus de Virgine nasci volebat? folio 215. inquit: Quidquid enim perfectionis inest ceteris foeminis per modum divisum, totum praestandum erat Beatissimae illi puellae, quae a superbenedicta Trinitate ad Verbum Dei concipiendum, itemque gignendum ab aeterno fuit electae ideo tam Virginalis integritas, quam materna fecunditas eam summè decebat. Amplius: Cum Christus venerit solvere mundi peccata, oportuit eum concipi, & generari sine omni peccato originali, & ob id sine mixtione virili est editus. Adhuc: Cum venerit ipse naturam corruptam reintegrare, primum debebat in propria Matre integritatem salvare, &c. Loquitur iuxta subiectam materiam de eadem integritate Matris. Lib. impress. absq; loco, & anno impressionis in 8.

**DIONYSIUS** Vazquez, Societatis Jesu Hispanus, in Martyrologio Romano lingua Hispanica, ad diem 8. Decembris, folio 201. *La Concepcion de la gloriosissima Virgen MARIA nuestra Señora*. Lib. impress. Vallisoleti 1586. in 4.

**DISCIPULUS**, sic nominatus; distinctus ab alio Joanne Bernaldo dicto, Ordinis Praedicatorum, in lib. de Eruditione Christi fidelium, in explicatione Salutationis Angelicae, fol. 21. quae sic incipit: *Ave MARIA*, gratia plena. Sciendum, quod ista Salutatio Angelica est **MARIE** Virgini valde gratiosa. Cum enim salutatur, hoc valde gratiose, & lætante recipit: quia tale gaudium habet ex salutatione ista devotè dicta, quale habuit quando fuit ab Angelo salutata: nec mirum, quia ibi recitantur sex maxima privilegia Virginis **MARIE**. Primum est: quod ipsa fuit speculum totius munditiae, quod notatur per hoc, quod ibi dicitur: *Ave, id est, sine vae alienius culpa, sive macula: fuit enim sine macula in corpore, & sine culpa in mente*. Ipsa enim habuit pulchritudinem corporis & mentis, Cant. 4. Tota pulchra es amica mea. Ipsa enim fuit pulchra, quia omnes virtutes in se habuit, &c. Lib. impress. in fol. absque anno & loco impressionis. Et incipit Tractatus: Si vis ad vitam ingredi, serva mandata, &c.

**DOMINICA** à Paradiso, Monialis S. Clarae Florentina, de Stellario Conceptionis **MARIE** Virginis Opusculum. Manusc. extat Florentiae, in Monasterio sanctae Crucis. Ex Waddingo & Marracc.

**DOMINICUS** Abbas de la Vid, fuit acerrimus defensor mysterij Immaculae Conceptionis, de quo Antonius de Lupian, in sua Epitome historiali inquit: Con grandissimo cuydado he sollicitado, el año que entrò en Espana la malicia, para introducir la opinion contraria, aviendose conservado sin alteracion tantos siglos en los

naturales, como tan afectos à este mysterio como publican los testimonios, auctoridades, privilegios, Bullas Apostolicas, lugares de Santos Lapidar, Martyrologios, y Breviarios; y halla en las ultimas fojas de las obras manuscritas de la Vid, de la Seraphica Orden, sobre San Pablo que presentò el Cabildo de Burgos al P. Napolo General de la misma Orden, unas palabras de la mano del Obispo Don Alonso de Cartagena, que dexò este libro, con los demas de su Bibliotheca dicha Iglesia, que el año de Christo de 1140 fue la primera alteracion, y controversia entre el Obispo Estevan de Osma, y D. Domingo Abad de la Vid. Anno à Nativitate Domini M. C. XLVII. orta est prima controversia inter Episcopum Stephanum Oxomensem, & Dominicum Abbatem Lavitensem, super Dei Genitricis Conceptione, y aunque no dize qual de los dos llevava la contraria, conosece que fue el Obispo Estevan, y aunque en muchas escrituras deste Prelado, manifesta su nueva opinion, &c. Hucusq; Lupianus probat deinde, & affirmat quod Stephanus fuit natus Gallus, Dominicus autem Abbas de la Vid, Magister S. Dominici Ordinis Praedicatorum Fratris, & à tali Magistro ac Patre, didicit sanctissimus Patriarcha, quod postea docuit Albigerius.

**DOMINICUS** Aegidius Topiarius ab Albalatio Flander, Ordinis Praedicatorum Conventus Antuerpiensis, in libro: Conciones in Epistolis Evangelia, quae per sacram Quadragesimam populo in Ecclesia proponi solent, &c. Dominicus in Passione, folio 470. sic inquit, loquendo de peccatis, quae habemus: Carteri enim omnes (Apostolo teste Rom. 3.) cum peccaverint, una cum Virgine, ut habet Sanctus Augustinus, semper exonerantur. Lib. de Natura, & Gratia, cap. 6. &c. Et ad marginem habet: *MARIAM Virginem immunem à peccato* facit Augustinus. Impress. . . . . in 4. Nota, quod hic Auctor est distinctus ab Aegidio Topiario communi.

**DOMINICUS** de Baltanas, Ordinis Praedicatorum Hispanus, in 2. parte Sermonum de Sanctis, fol. 2. serm. de Conceptione Dominae nostrae, inquit: Lo tercero, diò à la Virgen nuestro Dios quatro cosas que à nadie diò: La primera, segun el uso comun de la Iglesia, fue preservada, y su vida en su santa Concepcion, &c. El uso de la Iglesia comunmente tiene, que fue preservada, y para esto ay grandes fundamentos: Primcramente, ò para Dios preservar de culpa à la Virgen su Madre, y no lo quiso hazer; ò quiso, y no lo pudo; si dezimos que lo pudo, y no quiso, ponemos falta en la voluntad de Dios, que no quiso hazer con su Madre el bien que pudo; esto no se deve dezir, porque es gran blasfemia. Si dezimos que quiso, y no pudo hazerlo; ponemos falta en su omnipotencia, lo qual no es de dezir; digamos pues, que lo pudo, y lo quiso hazer, y de hecho lo hizo, &c. quod probat late rationibus, Scripturâ, & exemplis. Et infra: Por privilegio, y gracias especiales, no se comprehende la Virgen en la regla universalis. Omnes in Adam peccaverunt. Deinde adducit aliquas exemptiones regularum universalium, et concludit: Y quien haze estas maravillas, y otras grandes, no podrá preservar à su Madre del peccado, que todos caen; y no por esto pierde de ser Redemptor universal el Hijo de Dios; antes por ser preservada su Madre de culpa, fue mejor redimida, que



otro, y gozó de la sangre preciosísima; porque ay dos modos de redempcion; una preservativa, à servitute incurrenda, y otra sublevativa de la servitute en que de hecho ha caído; la primera es mas excelente que la segunda, &c. Et probat hoc latè, explicatque eruditè, quomodo Virgo fuit preservata ac redempta, excellentissimo exemplo. Vide ibi. Lib. impress. Hispani 1558. in 4.

DOMINICUS Baptista, Poëta, in lib. Epigrammatum, folio 50. scripsit Epigramma de Conceptione Virginis MARIE. Lib. impress. Venetiis 1653. in 8.

DOMINICUS Bolanus, Artium & Philosophiæ Doctor Venetus, de Conceptione Virginis MARIE Questionem insignem; impress. cum Roberto Caracciolo, in opere de Timore divinorum iudiciorum, characteribus antiquis, absque anno impressionis; & est insigne Opusculum pro pia sententia.

Item, secundum alios scripsit Librum, seu Opusculum contra *Marianæ puritatis detractores*. Vide Posselinum, & Leonem, class. 6. Sed iste fortè est idem cum supra posito.

DOMINICUS Garcia, Cathedraicus, & Canonius Cæsaraugustanus Hispanus, in libro intitulo: Tesoro de los soberanos mysterios, y excelencias divinas, que se hallan en las tres letras consonantes del santo, è inefable nombre de Jesus, segun se escribe en el texto original Hebreo, &c. tract. 8. cap. 2. fol. 467. agit de immunitate Virginis à peccato originali, sub hoc titulo: Que Jesu Christo fue santificador, no solo de todos los hombres que ha avido, y avrà, pero tambien de todos los espiritus Angelicos, aunque con diferente modo, y de su benditissima Madre, preservandola de todo genero de peccado; & de hoc agit à fol. 467. usque 476. Impress. Cæsaraugustæ 1598. in fol. Et in indice concionatorio, de Conceptione Virginis MARIE Elenchum. Extat ad finem libri.

Item, secundum aliquos Auctores, scripsit de Immaculata Virginis Conceptione Sermonem, quem non vidi, nec invenire potui.

Item, in Thesauro Ministrorum, tract. 8. cap. 2. citatur pro Immaculata Virginis Conceptione; sed librum non vidi, nisi fortè sit ille de quo statim.

Item, in libro: Propugnacula validissima Religionis Christianæ, contra obstinatam perfidiam Judæorum, &c. propugn. 5. cap. 7. fol. 334. vocat Virginem MARIAM puram, incontaminatam, & ab omni contagione liberam, &c. Impress. Cæsaraugustæ, anno 1606. in 4.

Item, composuit librum integrum, sub hoc titulo: Mansiones de las grandezas, excelencias, prerogativas, y privilegios, que tuvo la benditissima Virgen MARIA, Princesa del Cielo, y dignissima Madre de Christo nuestro Señor, particularmente en aver sido concebida sin peccado original. Lib. impress. 1621. in 4. cum imagine Immaculatae Conceptionis.

DOMINICUS Giannen, Ordinis . . . Italus, in libro: Devote orationi in honore de la Santissima Vergine, è in particolare delle sette aleggrezze che ora gode de la santissima Vergine MARIA in Paradiso, como lo narra F. Bernardino Busto, &c. inquit: ó Beatissima Vergine MARIA vi adoro, amo, è benedico, rallegrandome con voi infinitamente del sommo giubilo che godere in cielo, per che per la vostra purità, & virginità sete exaltata

sopra tutti i cori de gli Angeli, & Santi, &c. Lib. impr. Florentiæ 1648. in 12.

DOMINICUS Ginnasius, vel Ginnasius, Episcopus & Cardinalis Hostiensis, scripsit de Immaculata Virginis Conceptione plura sparsim, in suis libris super Psalmos David, præcipue Psalm. 45. Romæ 1636. in folio. Vide ibi, nam brevitatis causâ non adduco verba; sed si aliqua videre desideras, lege Purpur. Marian. fol. 109.

Item, edidit Orationem in festo Conceptionis, & incipit: Ad te confugimus, ó Dei Genitrix sine aliqua originali peccati maculâ concepta, totâ pulchra, &c. Vide Hippol. Marrac.

DOMINICUS Gregorio, Poëta Hispanus, scripsit Poëma pro Immaculata Virginis Conceptione. Impress. apud Sanct. Zapata, lib. de Concep. f. 168.

DOMINICUS de Guzman, Sanctus, ac Ordinis Prædicatorum Pater & Patriarcha, Sermone 2. ad Albigenes, cujus thema est: Ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave gratiâ plena, inquit: Novi communem esse sensum, & consensum omnibus unum. Mihi vehementer illud assentimini. At, qui verò in mediis hostibus agimus, Salutatio Angelica salutis est symbolum; quid enim Ave est, nisi absq; vâ omni Evæ, &c. Extat hæc auctoritas fol. 184. in principio. Si ergo Virgo MARIA fuit absque omni vâ Evæ, igitur absque peccato originali. Et in Sermone 3. ad eosdem Albigenes, fol. 217. inquit: Unde diverbium: Lupi omnes ululant, latrant canes, &c. Et Patrem sequitur sua proles; Despara verò pravam ventris Evæ consuetudinem sua benedictione correxit; vertitq; in contraria omnia. Consuetudinis autem pravæ ea est malitia, &c. Si MARIA mutavit pravam Evæ, seu ventris illius consuetudinem, igitur nec concepit, nec est concepta in peccato originali. Hæc extant impressa in Alano de Rupe, per Reverendum P. Joannem Andream Compestein, Colonia 1624. in 8. ubi latè affirmat, hos Sermones fuisse revelatos ab ipso S. Dominico prædicto Alano.

Sanctissimus hic Pater ac Patriarcha, in lib. de Sacramento Corporis Christi, dixit: Sicut primus Adam fuit ex terra virgine, & nunquam maledicta formatus, ita deicit in secundo Adam fieri, id est, in Christo, cujus terra, id est, Mater Virgo nunquam fuit maledicta. Sed quia aliqui Auctores ex Ordine Prædicatorum, negant talem librum fuisse editum à S. Dominico; alii verò affirmant, operæ pretium erit Auctores utriusque classis recensere.

Affirmantes prædictum librum, & auctoritatem esse S. P. N. Dominici. Sanctus Antoninus, 3. part. tit. 19. cap. 1. §. 4. colum. 1. fol. 91. S. Bernardinus Senensis, in suo Tractatu de Conceptione, quem habemus manusc. Theodorus de Apoldia, tom. 4. lib. 1. cap. 6. de vita S. Dominici. Ecclesia Hispanensis, in quodam Memoriali, ad Hispaniarum Regem, fo. 4. Thomas de Vega, in suo Tract. de Conceptione, circa medium. Joannetin Niño, in imagine pulcherrima Immaculatae Conceptionis in medio. Vincentius Belovacensis, lib. 29. cap. 96. Speculi histor. Jacobus Januensis, in Legenda Lombard. cap. 108. Ferdinandus del Castillo, lib. 1. cap. 8. histor. S. Dominici. Joannes Garzon de Bononia, in vita S. Dominici. Lipomanus, part. 2. vitæ Sanctorum. Petrus de Natalibus, lib. 7. cap. 22. Pelvartus à Temesvar, 4. par. 1. Stellat. art. 1. & par. 2. art. 3. Canisius, de Beata Virgine, lib. 1. cap. 7. Coccius in Thesauro, tit. 3. num. 1. Galatinus, lib. 7.

lib. 7. de Arcan. cap. 5. Antonius Chucharus, in Elucidario, folio 63. colum. 3. Bartholomæus Guerrerro, fol. 6. à tergo. Henricus Helmesius, sermone 7. de Conceptione. Bernardinus de Bustos, ferm. 5. & in officio. Salmeron, ad Roman. cap. 5. dif. 52. Mauritius Hilaretus, sermone de Conceptione. Suarez, 3. par. quest. 27. disput. 3. sect. 5. Gabriel Vazquez, disp. 117. Petrus Oxeda, in Apologia, cap. 8. Salazarius, tract. de Conceptione, sect. 13. fol. 521. Tamaius de Salazar, in S. Epitatio, fol. 245. Tamaius de Vargas in Flavium, fol. 79. Tabula antiqua Barchinonen. Breviarium Monialium Conceptionis. Alanus in Prologo, & Ancilla 2. Franciscus de Torres, fol. 397. Tartaretus in 3. dist. 3. Marcus Antonius Palao, cap. 1. & 2. folio 1. & cum eo P. Joseph Spucees, Societatis Jesu, & Christophorus Brignone, in traductione Marci Palao. Franciscus Martini Carmelita, in Tractatu de Conceptione. Magister Joannes Gollot Carmelita, in Chronica translata Gallicè iussu Regis Galliarum Caroli. Dionysius Faber Cœlestinus, in opere Metrico de Immaculata Conceptione. Sarius, tom. 4. lib. 1. Armament. Seraphicum, colum. 563. Clithoveus, in Tractatu de Conceptione. Feuwardentius, super cap. 5. ad Romanos. Bernardinus de Urzzano, fol. 58. Petrus Thomafius citatus ab Urzzano, fol. 59. Joannes Antonius Velazquez, lib. 4. fol. 367. Sebastianus Novaes, fol. 191. Christophorus de Vega, Palest. 3. certam 3. Franciscus Maria Pistoia, fol. 161. Possévinus in Apparatu, fol. 482. Breviarium Hispanense typis mandatam anno 1563. in festo S. Dominici. Joannes Ovando, in 3. fol. 129. Joannes à S. M. in Supplici libello, fol. 278. Antonius de Leon, latè class. 12. Didacus Alphonfus Malvenda. Stephanus Mendez. Officium Sixti IV. Petrus Montius, in lib. 1. de Unius legis veritate, cap. 75. Antonius de Conceptione. Godscalcus Holen, ferm. de Concep. Hippolytus Marraccius, in Fundator. Marian. folio 159. Joannes Eusebius Nieremb. Excep. cap. 23. fol. 251. Dominicus Moerbetius, fol. 137. Ludovicus de Tena. Jacobus Millefius à Pontana, in præclara palma cœlestis arcani Immaculatæ Conceptionis, in principio sæculi 13. Abulense officium. Compostellanus Breviarium. Breviarium Carmelitanum. Placentinum Breviarium. Vincentius Justinianus Antist. Petrus Larnensis, in historia Albigen. 2. cap. 7. licet in novissima editione verba abrafa sint. Joannes Guerrerus de Spinosa, discursu 13. fol. 154. Petrus Diaz de Agüero, fol. 126. Gundisalvus de Cervantes, fol. 43. Alphonfus Sanchez Luzero, fol. 30. Antonius Fuertes de Viota, pag. 73. Antonius Lupian, in Memoriali. Petrus de Alva, & Astorga, in Sole Veritatis latissimè, n. 397. *Negantes prædictum librum, atque auctoritatem esse S. P. N. Dominici.* Thomas de Malvenda, cap. 60. de Paradiso, fol. 191. & Dominico de Pantaleonibus tribuit Bandellus in opere 2. de Conceptione, fol. 89. à tergo, & in tract. 1. par. 2. ratione 11. Bartholomæus de Spina, par. 6. cap. 6. folio 83. Franciscus Silvius, in 3. parte, fol. 92. Gabriel Barrelete, sermone de Conceptione, folio 224. Joannes de Montelono, in Resumpta apud Joannem Vitalem.

Ex relatis Auctoribus pro una, & altera parte, potest iudicare Lector, quid sentiendum sit de hac auctoritate S. P. N. Dominici. Quibus omni-

bus adde, quòd in vita S. Dominici communitè depicta in Claustris omnium Conventuum Ordinis Prædicatorum, extat miraculum de libro projecto, & resiliente à flammis coram Hæreticis Albigenfibus, &c.

**DOMINICUS** Joannis Florentinus, Ordinis Prædicatorum, in libro dicto: Theotocorum, & vita pariter & obitu Domine nostræ Virginis **MARIÆ**, metricè scripto, & latinitati donato à Jacobo de Chocho, & dato Biblioth. Fratrum Conservantium S. P. N. Francisci à Nicolao Dominico die 4. Octobris, 1475. & ut ibidem dicitur, finit 1468. & dictus D. D. Petro de Medicis finem secundi libri loquens de Virgine Maria inquit: *Delevit veteres hac sine labe notas, &c.* Emmanuè. in charta pecorea, in Bibliotheca omnium Sanctorum civitatis Florentiæ, & in Biblioth. Medicea, Pluteo XVI. ad finem.

**DOMINICUS** de Luche, Poëta Hispanus, *Immaculata Virginis Conceptione* Poëma. Impress. Hispani 1616. in 4.

**DOMINICUS** Magri Maltenfis Romani, in libro: Notitia vocabulorum Ecclesiasticorum, & declaratione Ceremoniarum, & origine Rituum, fol. 81. verb. Conceptio, *de festivitate Conceptionis Virginis MARIÆ*, ac eius antiquitate in Ecclesia. Lib. impress. Romæ 1650. in 4.

**DOMINICUS** à Maldurra, aliàs à Casalinum Ordinis Minorum Italus, ex illis Ecclesiæ veteris Fœlix namque es sacra Virgo MARIA, & com laude dignissima, &c. confecit hoc purum Anagramma: Dei Matrem, quis defendet? En Scythimò en Austriaicus Rex magnus, nam is infans Sanctissimo D. Alexandro VII. qui Dei monitus sine labe originali conceptam, de fide statuet. Unde Heresum, mortis, & tot bellorum quies. Et addit explanationem omnium verborum, quæ incipit. Consideretur hoc ipsum, &c. Habemus apud nos manuè.

**DOMINICUS** Mancinus, Poëta antiquus, Elegia ad Beatam Virginem, postquam de eius stirpe fuerat locutus, inquit:

*Quidquid formosi potuit natura creare,  
Id tibi collatum, vel vehementer erat.  
Nec tibi pars steterat, quæ non miranda fuisset,  
Nulla vel in toto corpore menda fuit.  
Tu stas perpetuus, qui toto vernat in anno,  
Lilia vincebas, purpureasq; rosas.  
Sic cunctas matres superabas atq; puellas,  
Lactea seu multras una columba nigras, &c.*

Lib. impress. Antuerpiæ 1559. in 16.  
**DOMINICUS** Mite, Immolensis Italus, in Scholijis ad Sanctum Petrum Chrysologum, adnotat in ferm. 64. fol. 184. *Quòd B. MARIA fuit immolens omni labe peccati, etiam originalis.* Lib. impress. Bononiæ 1643. in 4.

**DOMINICUS** Moran, Ordinis Minorum Hispanus, in libro cuius titulus est: Epitome y declaracion de los principales fundamentos de la Santa Fè Catholica, y textos de la sagrada Escritura, fol. 7. loquendo B. Virgine, inquit:

*Porque en ella siempre estàn  
Tanta gracia, y perfeccion,  
Que en su limpia Conception  
Venció al mismo Leviathan.*

Impress. Matriti 1644. in 4.  
**DOMINICUS** Nanus Miravellus, Albanensis Italus, in sua Polianthea, verb. MARIA, folio 130. plura

plura adducit ex SS. PP. pro puritate B. Virginis MARIE, ut est illud: *Cum de peccatis agitur, &c. Et quod contrivit caput serpentis, &c. Lib. impress. Coloniae 1562. in fol.*

DOMINICUS Natharii de Pupiglio, Poeta Italus, in Repræsentatione spirituali de Nativitate gloriosæ Virginis MARIE, act. 2. scena 2. *Quando Angelus nuntiavit Ioachimo Conceptionem Virginis MARIE, &c. Lib. impress. Pistoia 1629. in 8.*

DOMINICUS Nicolinus, Typographus Venetus, in Compilatione Conciliorum, tam Generalium, quam Provincialium, Sixto V. Ponr. Max. dicata, volum. 5. adducit Decretum Concilij Basileensis, de Conceptione gloriosæ Virginis MARIE, folio 578. Lib. impress. Venetiis 1585. in folio.

DOMINICUS Octavius, Italus, typis mandari curavit Italicæ, Libellum de Angelo Custode R. P. Francisci Alvertini, Societatis JESU, in quo cap. 4. dicitur: *Quid Virgo, & Dei Mater MARIA peculiari privilegio ab omni peccati macula, præservata fuit, &c. Lib. impress. Neapoli 1612. in 8.*

DOMINICUS Pantaleo, Ordinis Minorum Italus, edidit de Conceptione B. Virginis Tractatum, atque etiam Dialogum de eadem Conceptione, ex Waddingosfeld Ordinis Prædicatorum ex Marac. Manusc. servantur Florentiæ. Vidè de hoc Auctore, quid dicamus in nostro Sole Veritatis, Leonem, class. 6. & Pistoiam, fol. 157. num. 72.

DOMINICUS Pasini, Bononiensis (ut existimo) Ordinis Minorum, edidit Poëmata pro Immaculata Virginis MARIE Conceptione. Habeo ipsa manusc. penes me.

DOMINICUS Paolaccius, Ordinis Prædicatorum Italus, in Sermonibus Quadragesimalibus in honorem B. MARIE Virginis: totus primo Sermo est de pura formatione Virginis MARIE, ita ut in tabula pro Concionibus, pro die Conceptionis, adducat omnia ista: *Concetta per ostentatione della magnificenza di Dio. Iddio nel crearla piglia nome de altissimo, è occupato en quella & è sua primogenita. Ha pensieri digni de Dio i si porta da Dio. Hà gran somiglianza con la generatione del Verbo, è fatta MARIA como cala propria di Dio. Bisogna esplicar che MARIA sia creatura, acio non cingiammo tenendo la Creatora. Pareva secondo il nostro modo d'entender che Dio volese fare piu de quello che poteva. E simile MARIA nella concezione allo Spirito Sancto. Piu volte respirò en lei lo Spirito Sancto. Creata da Dio per aiutare il suo figlio. Procede da Dio come fiato della sua bocca, &c. & alia quamplura. Lib. impress. Venetiis 1644. in 4.*

DOMINICUS del Pico Aragonensis à Sarinena, Ordinis Minorum Hispanus, in 1. parte sui Trilogij, de Ordinaria conversione peccatoris, &c. Serm. 23. feriæ 4. post. Dominicam 4. Quadragesimæ, de Quinto malo, & miseria, videlicet, de Appetitu filiorum, & obstinatione, fol. 60. lit. F. inquit: *Secundo sequitur, quod sicut confirmationem in bono, & in illo perseverantiam continuam boni accipiunt in premium suæ bonæ dispositionis, & emollitionis cordis, & facilitatis voluntatis ad res divinas, ut patet in Virgine gloriosa, quæ licet ab instanti Conceptionis fuerit confirmata tali confirmatione, quod non peccare posset, tamen ob perseverantiam in bono in Conceptione Filij Dei in utero suo excellentius in bono confirmata fuit per specialem concursum ipsius Dei, ut tenent*

Doctores omnes, nam in Conceptione sua habuit simul tria: primum, quod anima ejus fuit creata à Deo; secundum, quod in illa data fuit illi gratia cum sanctificatione; tertium, quod in illa ornata fuit omnibus virtutibus, & usum liberi arbitrij habuit. Lib. impress. Casaraugustæ 1549. in fol.

Item, idem sub nomine Dominici de Pico citatur scripsisse de Conceptione Virginis, serm. 23. de Prodigio, part. 1. ut refert Daza, cap. 6. fol. 48. Pater Salazar, & Leon, clas. 9. Sed huius Auctoris nullam facit mentionem Wadding, ego tamen vidi librum eius in fol. sed totus est de Arte Cabalistica, & fortè est supra positus.

DOMINICUS de Santa Cruz, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in libro: Rosario Real de la sacrosanta Virgen nuestra Señora, compuesto con Psalms y Hymnos, Profas, Evangelios, &c. Rosario 3. Quinquag. 3. fol. 312. inquit: *Asi se dice de ella en los Cantares, que es como torre de David, edificada con sus baluartes y con mil escudos que estan colgados de ella, y con todo genero de armas de caballeros esforzados, pues esta torre es el anima de la santissima Virgen, fortalecida con todas las virtudes, y dones del Espiritu Santo, con las cuales estuvo tan armada y fornecida, que toda la potencia del mundo, de la carne, y del demonio nunca pudieron tomar una sola almena de el, &c. Et Rosar. 4. Quinquag. 3. fol. 378. sub hoc titulo: El Cantar de Salomon à nuestra Señora cap. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, veni de Libano, &c. Impress. Parisiis 1608. in 8.*

DOMINICUS Seminiverbius Hispanus, edidit librum sub hoc titulo: Viola animæ per modum Dialogi, inter Raymundum Sebundium Artium, Medicinæ, atque sacre Theologiæ professorem eximium, & D. Dominicum Seminiverbium, de hominis natura (propter quem omnia facta sunt) tractans ad cognoscendum se, Deum, & hominem, &c. Folio igitur 115. habet hanc inscriptionem: *Incipit septimus Dialogus pulcherrimus, ac devotissimus inter MARIAM, & Benedictum, de mysterijs sacre Passionis Domini nostri Jesu Christi semper benedicti, &c. In hoc ergo Dialogo Benedictus interrogat de omnibus quæ contigerunt in Dominica Passione, verbi gratia: Quare Christus Dominus se permisit ligari, flagellari, spinis coronari, crucifigi, &c. Et his respondet Virgo MARIA pulcherrimis rationibus, referendo omnia, & singula ad peccatum Adæ, prævaricationem primorum parentum in Paradiso, & originalem maculam contractam à filijs, sed observavi, ut quid singulare, quod loquendo toties Virgo MARIA de illa prima prævaricatione & culpa, numquam loquitur in prima persona, sed semper in secunda, vel tertia, videlicet: Peccavit Adam: Infecti fuerunt homines: Perit ille: Perit genus humanum: Lapsus fuit pater: Vos omnes corrupti estis: Tota vestra natura fuit infecta, ex quo damnationem meruistis, &c. Et nunquam loquitur in prima persona, verbi gratia, dicens: Fuimus filii iræ, vel: Lapsi sumus in peccato Adæ: quasi tacitè semper se eximens ab illa prima prævaricatione, dum non se connumerat inter alios: sed hac speculatione prætermittit, folio 130. à tergo ad illam interrogationem Dominici: Vidi (nempe) te sub cruce pallidam, exanguem, miseram, dejectam, tremebundam, & mille doloris gladiis transverberatam, &c. respondet MARIA: Ego dum opportunum fuerit munera-*

munerabor tibi pietatem istam, noveris tamen me in passione Filii typum Ecclesie tenuisse. Hæc enim cum Sponsa sit Christi, & ejus sanguine redempta, & redimita, debet ejus cruci assistere, lacrymas doloris effundere, sinu pietatis repaulari, iuguento devotionis illinire, sindone castitatis involvere, cordis hospitio sepelire, *ne peccatum introeat, os sepulchri præmunire: facile enim Christus admittitur, si perfidia referatur ingressus, &c.* Lib. impress. Toleri 1500. in 4. Nota, quod MARIA gerens typum Ecclesie fuit cu stos sepulchri, & illud præmunivit, ut non introiret peccatum: quia novit, quod si peccatum ingreditur, facile amittitur Deus; & considera, quod Dominus fuit custos MARIE, quando ingressura erat in sepulchrum uteri materni: igitur debuit præmunire sepulchrum, ut peccatum non introiret. Non enim erat decens, ut Sponsus permitteret, quod in os sepulchri suæ Sponsæ introiret macula, id est, in principio vitæ, quando Sponsa prævenit, & præmunivit, ut in sepulchrum Sponsi in morte non introiret peccatum. Sed de hoc satis, quia non de speculativis conceptibus agimus.

**DOMINICUS** Præsentatus, Ordinis Prædicatorum, (an verò sit cognomen, vel Religionis honor, ignoro) tom. 1. lib. 7. cap. 12. scripsit Sermone de Conceptione Virginis MARIE, qui est in ordine 55. in quo Virginem præservatam à peccato originali dicit. Ita inventi citatum in Analyti Andr. de Peruzzinis, art. 2. fol. 62.

**DOMINICUS** Soto, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in lib. 3. de Natura, & Gratia, cap. 4. sic inquit: Et idem ait Hieronymus, libro 1. Dialogi, citans illud Ecclesiastes: Omne quod futurum est, iam factum est in priori sæculo; quod autem homo fuerit omnino liber à culpa actuali, nunquam fuit (ait Hieronymus) in priori sæculo, ergo nec erit, tametsi postea Aug. idem tractans argumentum de Natura, & Gratia, cap. 36. *Sacratissimam Dei Matrem meritisum excipit; ubi quidquid sit de veritate Conceptionis*, mirandi sanè sunt, qui illic Augustinum meminisse putant de peccato originali: tractat enim in illa parte illius libri idem argumentum, quod & in libris citatis de Perfectione justitiæ, de spiritu, & littera, scilicet; quod non possit homo vivere sine peccato, contra Celsum dicentem: Potest homo non peccare, si vult; originale autem non est in nostra voluntate: in cuius exemplum proferebat ille Hæreticus longum catalogum veteris Testamenti, puta Abel, Enoch, Abraham, & reliquos justos, quos aiebat nullum fecisse peccatum, inter quos referebat & Beatam Virginem: ubi si intelligeret de originali, non posuisset illos particulariter. Nam secundum Pelagianos, nullus mortalium illud contrahit, ex quibus Augustinus recensitis justis, solam Beatissimam Virginem excipit, neque tamen affirmans, sed nolens facere de illa mentionem propter honorem Domini: Scimus enim (inquit) quod plus ei gratiæ collatum fuerit, ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere ac parere meruit Deum, quem constat nullum habuisse peccatum. In eo quod dicit, vincendum, manifestè loquitur de actuali; quoniam originale non vincitur, & ideo notanter & discretè de illa dixit, vincere; de Christo verò, nullum habuisse, & subdit: Hæc ergo Virgine excepta, reliqui omnes Sancti & Sanctæ, interrogati, utrum essent sine peccato, res-

ponderent: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Quo etiam verberetur, solum de actuali habuisse sermonem: non de originali, quamvis Christianus affirmet, non non habere, non contradicit Joanni. Argui propter hoc verbum Augustini, Patres deinceps conciliorum & Theologi universi unanimes iure optimo prædicant gloriosam Virginem peccatum originale non fecisse actuale, quidquid senserit Chrysostramus Augustino antiquior. Hæc in libro Venetis impress. 1547.

Item, in Epistol. Divi Pauli ad Romanos, de Natura, & Gratia, ad Sanctum Concilium Tridentinum, cap. 5. par. 2. folio 150. sic inquit: ad rem redeamus: eramus enim in confirmatione veritatis illius, quod ex Adæ delicto derivatum nos sit peccatum originale. In quos autem transierit, non est cur Orthodoxus interroget. Significat respondere alijs verbis non liceat, quam Apollonicis: In omnes homines mors pertransiit, in omnes peccaverunt. Cum enim peccatum, quod in mundum ingressum est, causam induit subsequenti mortis; consequens facit, ut ita hoc est per peccatum, in omnes homines transierit, eò quod in omnes transierit peccatum. Alio ut nullum hie verbum de sacratissima Virgine Dei Genitricem faciam. Nam etiam Concilium Tridentinum, Decretum Sixti innovando libertatem fecerit sentiendi in utramque partem; & exceptio Beatæ Virginis ab hac universali sententia usque adeò celebris non modo inter plebem, sed etiam inter bonos Doctores (quales præcipue sunt Illustrissimi Parisenses) ut si qui hanc sibi sententiam persequi non possunt, haud tamen debeant publicum tribunal proderè disputationem; ad eò id absque odium & invidia nequirent facere. Lib. impress. Antwerpæ 1550. in folio.

Item, in lib. 4. Sententiarum, tom. 1. dist. 1. quæst. unica, art. 2. Utrum sine Baptismo aliquid possit salvari? folio 237. postquam conclus. 3. tribuiv, quod pro certo tenendum sit Apostolos fuisse baptizatos, sic profequitur: Sed & de sacratissima Virgine ibidem etiam Scotus ait fuisse baptizatam, nisi forsitan ob id fuerit excepta, quod fuit in Conceptione Filij sui totam habuit plenitudinem gratiæ, ad quam Deus disposuit illam pervenire. At profectò, cum de Deipara cœlestis Regina, id semper asserendum sit, quod (salvis sacris Eloquijs) ad cumulum honoris ejus condiciendum credendum est fuisse baptizatam. Hæc enim Sententia non consonat Virginis meritis. Quis enim ambigat, quin (cum merita præcedant) per tam egregia omnium virtutum officia, etiam post sacratissimum partum accumulavit, cum melior etiam indies & excellentior illi accresceret gratia? Fuit quidem gratiâ plena ante Conceptionem Filij quantum par erat, ut fieret Christi Mater. Attamen gratia illa non fuit eo modo summa, ut non posset deinceps meritis augeri. *Verò, si sententiam illam teneas, quod fuerit in gratia summa, ab omni culpa præservata, ejus excellentissimam sanctitati derogat; imo ad honorem ejus apponitur, quod caractere Sacramenti, quod Christus instituerat, fieret Christiana, quando quidem quid gratiæ recepit, in virtute Passionis Christi obtinuit, cujus Sacramentum Baptismus est.* Lib. impress. Metinæ à Campo 1581. in folio.

Item, in libro de Natura, & Gratia, adducit Do-

cretum de peccato originali ad clausulam, de Immaculata Virginis MARIE Conceptione. Extat ad finem, & ante Apologiam contra Ambrosium Catherinum, lib. impress. Salmanticae 1554. in 4.

**DOMINICUS** Tuccius, Congregationis Clericorum Matris Dei, Italus, brevem, devotumque modum fructuose recitandi Coronam duodecim Stellaram, in honorem Matris Dei MARIE fecit. Hec autem Corona est de Immaculata Virginis Conceptione. Vide Hippol. Marrac. in Biblioth. fol. 353.

**DOMINICUS** Varona de Castilla Valdivicus, Poeta Hispanus, sic pro Conceptione Virginis MARIE cecinit:

*Qua quot ab infecta primi radice parentis  
Descendunt, maculam lege volente trahunt.  
Si quis ab hac caeli magnam non excepit alii  
Regnam, miserè fallitur ille miser, &c.*

In libro super Ave-MARIA R. P. Petri de Varona, impress. anno 1596. in 4.

**DOMINICUS** Viglenis, Archipresbyter Venetus, in Calendario perpetuo, ad diem 8. Decembris: Conceptio Sanctae MARIE, festum Ecclesiae Fratrum Minorum, & Sanctae MARIE Misericordiae. Lib. impress. Venetiis 1573. in 8.

**DONATUS** Marra Beneventanus, Ordinis S. Augustini Italus, in explicacione Hymnorum, fol. 205. in expositione Ave Maris Stella, inquit: In hoc nomine composito ex A, & Ve, interjectione execrantis, ostendit se esse sine maledictione tam originalis, quam actualis, mortalis, & venialis peccati, sine macula exteriori & interiori, &c. Lib. impress. Neapoli 1578. in 4. Alia habet, quae ibi videri possunt §. Et bene dicitur stella, &c.

**DONATUS** Mazzoliuz Romanus, recitavit Speculum Archimedeum, sive Ustorium amoris, pro Virginis MARIE Immaculata Conceptione. Extat lib. impress. Romae 1632. in 4.

**DONNUS** Vincentius, Monachus Cœnobii D. Severini de Neapoli, Cassinensis Italus, in libro dicto: Collirium mentis, in quo pleraque Christi nomina ex veteri, novoque Testamento excerpta notantur, in salutationibus Christiferae Virginis ex sacra Scriptura delectis, inquit: Ave Immaculata gignens Immaculatam, &c. Vale, sola post Christum sine peccato concepta, vale, quae reformasti turpiter in peccato conceptos, &c. Impr. Neapoli 1562. in 8.

**DOROTHEUS** à S. Renato Gallus, Carmelita Provinciae Turonensis, & observantiae Rhedonensis, in suis Commentariis super libros Regum, lib. 1. cap. 11. & 12. ostendit Carmelitas ab antiquo agnovisse in monte Carmelo mysterium Conceptionis Immaculatae Beatæ Virginis MARIE Dei Genitricis; & deinceps in suo Carmelitarum Ordine cultum ei fuisse exhibitum, Manuscript. Parisiis apud eundem.

**DOROTHEUS** Vulrabius, natione Belga, edidit de Beatæ MARIE Virginis Conceptione, Carmina sacra. Impress. Lovanii 1608. ut refert Hippolytus Marraccius, in Biblioth. & in Catalogo ad annum 1608. & 1604. Vide Leonem, in Biblioth. manuscr. class. 6. & Franc. Mariam à Pistoia, cor. 2. cap. 8. fol. 227.

## E.

**EBERHARDUS** Barkin, Ordinis Præmonstratensis Belga, in Conclusionibus Theologicis de

Peccatis, habitis Antuerpiæ die 12. & 13. Julij 1647. defendit Virginem MARIAM non fuisse inquinatam peccato originali, vel per unum instans, &c. Fuerunt impress. eodem anno in 4. Vide verb. Macharius Simeomo.

**ECCLÉSIA** Catholica universalis, ac Sancta, celebrat festivitatem Immaculatae Conceptionis, & primo Romana, caput & Mater omnium Ecclesiarum, tam in capite, quam in membris, id est, in Sacello Pontificio, & in omnibus Cathedralibus, Religionibus, &c. In communi, ac privatim ab omnibus Ecclesiasticis, ac Christi fidelibus celebratur sub expressa voce, titulo, & nomine Conceptionis, secluso Sanctificationis, ut videre est in omnibus Calendariis, Breviariis, atque Missalibus, de quibus suis locis; etiam sub expresso titulo Immaculatae, in quamplurimis.

Abyssinorum, celebrat festum Conceptionis Virginis MARIE, ut ex Nicolao Codino refert Franciscus de Hauteferre de Salvaizon J. C. Gallus, in libro de Pietate Ecclesiae Orient. in honorem Conceptionis, &c. fol. 5. Impress. Parisiis 1645. in 8. Vide etiam Ludovicum de Urriera, Ordinis Prædicatorum, in Historia Ethiopiae, Petrum de Ojeda, in sua Informatione, cap. 2. Velazquez lib. 4. differt. 4. adnot. 3. fol. 339.

Aegyptiaca Ecclesia, à temporibus Apostolorum habuit consuetudinem celebrandi festivitatem Immaculatae Conceptionis semper Virginis MARIE, ut referunt Matthæus Westmus, in Chronicon ad annum 1228. Judocus Coccus, lib. 3. art. 6. Stephanus Ragulinus, lib. 1. Petrus de Ojeda, in Apologia, à capite 2. Joannes Antonius Velazquez, libro 4. differt. 1. adnot. 1. & differt. 4. adnot. 3. folio 339.

Albiganensis, in sua Dicecesana Synodo, & Constitutionibus ac Decretis, conditis à D. D. Vincentio Laudinello Episcopo, fol. 501. de Publicationibus per annum, Dominica 1. Decembris, inquit: Legatur Summarium indulgentiarum Confraternitatis Immaculatae Conceptionis B. MARIE Virginis, ubi canonicè fuerit instituta. Infra in eodemmet libro, folio 535. inquit: Summarium Indulgentiarum concessarum à Sanctitate D. D. Pape Pauli V. Confraternitati Immaculatae Conceptionis Beatissimae Virginis; Summarium autem incipit sic Italicè: Sua Sanctità per suo Breve dato in Roma à 11. 5. de Luglio 1607. concedi à tutti li fideli Christiani, &c. protenduntur Indulgentiae, usque ad fol. 538. ibidem. Item, tit. 18. de Festivitatibus, quae observari debent in prædicta Diocesi ex præcepto, ad diem 8. Decemb. inquit: Conceptio B. MARIE Virginis, ex voto Reipublicae. Lib. impress. Papiæ, anno 1620. in 4.

Alexandrina, celebrat festum Conceptionis Virginis MARIE, ut testantur Petrus Ojeda in sua Informatione, Novaes, & alii.

Amalphantana, in Decretis Synodi Dicecesanae, habitis die 18. Octobris 1639. per D. Angelum Picum Archiepiscopum, tit. 19. de Diebus festis, ac eorum observatione, fol. 69. die 8. Decemb. Conceptio B. MARIE Virginis. Lib. impress. Romae 1640. in 4.

Amerina, in Dicecesana Synodo, habita à D. D. Antonio Maria Episcopo, anno 1595. num. 757. de Diebus, qui festi sunt: Conceptio B. Virginis MARIE, die 8. Decemb. fol. 152. Lib. impress. Venetiis, anno 1597. in folio.

Z

Andriensis,